

**www.e-rara.ch**

**Ioh. Henrici Heideggeri seder shel miḡra**

**Heidegger, Hans Heinrich**

**Tiguri, 1713**

**Zentralbibliothek Zürich**

Shelf Mark: AB 6430

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-18963>

[Caput XXXI - XL.]

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

- I. *Concio generalis*, c. 1: 1--12.  
 2. *Judicium Dei contra*  
 a. *Senacheribum*, c. 1: 12--f.  
 b. *Niniven*, c. 2.  
 II. *Causæ exitii Ninives*, Cap. III.

Habac.

*Interpretes Nabumi.*

- S. PATRES. Theophylactus.  
 REFORMATI. Bibliander, (Ludov.) Crocius, Drufius,  
 Danæus. *Angli*, Wilh. Maurice.  
 AUGUSTANI. Dietericus, Gessnerus, Hafenrefferus,  
 Tarnovius.  
 PONTIFICII. Pintus.  
 Addantur Interpretes Librorum V. Test. cap. 1. & XII.  
 Prophetarum cap. 24. A.

CAPUT XXXI.  
 DE  
 Prophetia Habacuc.

## BREVARIUM.

*Author libri est חבקוק Habacuc, quod amplexan-*  
*tem notat. Incertæ de eo traditiones. 1. Argu-*  
*mentum Prophetiæ adversus Judæos & Chal-*  
*dæos directæ. 2. Scopus ejusdem. 3. Temporis,*  
*quo prophetavit, ratio. Manassis an Jehoja-*  
*mi tempore vixerit? 4. Partes Prophetiæ tres*  
*sunt. I. Denuntiatio captivitatis Babylonice*  
*proximè imminentis, (cap 1:1-12.) II. Consola-*  
*tio fidelium ob Chaldæorum erga populum Dei*  
*insolentiam ingemiscientium, (cap. 1: 12--3.)*  
*III. Oratio Prophetæ, quâ is præcedentem Pro-*  
*phetiam obsignat, (cap. 3.) Tabula Synoptica &*  
*libri Interpretes 5.*

- I. **A**uthor libri est חבקוק Habacuc. Græci le-  
 gerunt חבקוק adeoque vocant Ἀββακὺμ. cuc  
 Nomen ipsum notat *amplexantem*, Hiero- quis?  
 nymo etiam indice. Unde orta Hebræorum fa-  
 bula, quòd fuerit בן שונם filius Sunamite, quem  
 Eli-

Habac.

Elisæus amplexu resuscitavit, 2. Reg. IV. 14. Dorotheus patriam ejus Biticuchar nominat. In Additionibus Danielis de eo habetur, quòd ad Danielem, in lacu leonum clausum, unâ cum prandio ab Angelo in Chaldæam transportatus; ibidem ex hac vita migraverit, duobus annis ante reditum populi ex captivitate Babylonica. Sed hæc ἀόγηλα sunt. Silentio igitur & patriam & parentes scriptorum quorundam S. literæ prætereunt, eo haud dubiè consilio, ne autoritas librorum ab illis consignatorum à scriptoribus potius quàm à Spiritu S. suspenderetur.

Argu-  
men-  
tum.

II. Argumentum Prophetiæ est *נשנ* *onus*, seu verbum Dei contra aliquos prolatum & premens, Cap. I. 1. Ii autem sunt tum Judæi impœnitentes, tum Chaldæi illorum flagella, aliisque iis similes. Itaque Propheta, conquestus de sceleratissima Judæorum vita, iis everfionem per Chaldæos obventuram denuntiat: miseratus tamen sortem populi Dei, etiam adversus hostes vindictam implorans, de eorum coërcitione, adventu Christi fide vera ambiendi, & pace Ecclesiæ per visionem certior redditur. Denique, ad pias preces & vota conversus, eleganti carmine, suo & sanctarum reliquiarum nomine, Prophetiam obsignat.

Scopus.

III. Scopus igitur est, consolari pios, propter corruptionem sæculi sui, & passiva populi Dei sic dicti scelera, de imminentibus Dei judiciis sollicitos, & impios terrere.

Chro-  
nologia.

IV. Quo tempore Habacuc functus sit munere docendi; non satis constat. Hebræi quidem, Chronologiam suam secuti satis antiquam, eum temporibus Manassis vindicant, eò quòd Propheta non tantum fas omne & jura everfa deploret: sed etiam ruens regnum Judæ, & instantem Babylonicam captivitatem prænuntiet. Quæ omnia Manassis temporibus satis congruunt. Fieri tamen potest, ut etiam seriùs vixerit, fortè Jehojakimi tempore, quod Doctiss. Usserius ad A. M. 3395. colligit ex verbis Dei ad Prophetam cap. I. 5. 6. *Opus operor diebus vestris, quod non credituri estis. Nam ecce*

ego excitaturus sum Chaldaeos, gentem acerbissimam & festinam, &c. Unde liquet, iis ipsis diebus, quibus superstites erant illi, de quorum improbitate & contumacia quiritabatur Propheta, imò mox post querelam immisos esse Chaldaeos. At immissi Chaldaei sunt anno tertio, Regis Jehojakimi, Dan. I. 1. Fuit igitur Propheta hic tum Dei fecialis ad bellum impiis Judæis & piorum hostibus, Chaldaeis inprimis, clarigandum missus: tum piorum caduceator, à Deo pacem pro illis expetens.

V. Tria potissimum sanctus hic Dei vates exequitur. *Primò* pœnam Judæis improbis imminentem proximè describit, cap. I: 1--12. *Secundò* pios ob successus hostium ingemiscientes nomine Dei consolatur, cap. I: 12--III. *Tertiò* precibus Prophetiam claudit, cap. III. Quæ singula nunc pressius eruere conamur.

I. *Denuntiatio captivitatis Babylonica proximè imminens.* Cap. I. 1--12. Ubi Prophetæ deploratam populi Judaici malitiam apud Deum accusanti, (4.) Deus Chaldaeorum, gentis acerbissimæ & velocis, adventum subitum, & per eos exequendum excidium populi, revelat, (11.) cap. I: 1--12. I. Denuntiatio captivitatis. Cap. 1.

II. *Consolatio fidelium ob Chaldaeorum erga populum Dei insolentiam ingemiscientium.* Cap. I. 12--III. Vide II. Consolatio fidelium.  
 1. Suspiria fidelium, Dei vindictam adversus hostes, suæ sagenæ sacrificantes & nimium insolescentes, exponunt, (17.) cap. 1: 12--f.  
 2. Responsum Dei Prophetæ in visione perhibitum, quo fideles consolatur  
 a. Promisso *Præcone*, Messia, in cujus fide certò justii victuri sint, patienter expectando, (4.) cap. 2: 1-5. 2.  
 b. Detecto iudicio hostibus persecutoribus divinitus decreto, quos ambitionis, inhumanitatis, luxus & idololatriæ pœnas certò persoluturos prædicit, (20.) cap. 2: 5. f.

III. *Oratio Prophetæ, quâ is præcedentem Prophetiam obsignat.* Cap. III. Vide III. Oratio.  
 1. Petit à Deo, ut iram suam misericordiâ temperet, (2.) cap. 3: 1-3. 3.  
 2. Recordatione operum & promissionum Dei se ipsum confirmans (18.) gloriatur, se in summis angustiis in Deo exultaturum, certissima cum fiducia liberationis ejus, (19.) cap. 3: 3--f.

Zeph.

TABULA SYNOPTICA  
HABACUCI.*Partes sunt*

- I. Denunciatio captivitatis Babylonicæ, Cap. I:  
I--12.  
II. Consolatio fidelium, Cap. I: 12--III. ubi sunt  
1. *Suspiria fidelium*, c. 1: 12--f.  
2. *Responsum Dei*, c. 2.  
III. Oratio Prophetæ, Cap. III.

*Interpretes Habacuci.*

S. PATRES. Theophylactus.

REFORMATI. Danæus, Drufius, Grynæus, Toffanus,  
Willichius, van Till. *Angli*, Atterfol, Marbury, Stronge,  
Anonymus, 1646.AUGUSTANI. Hafenrefferus, Helvicus, Lutherus, Tarno-  
vius, Joh. Cæsar.

PONTIFICII. Agelius, Castrius, Victorinus.

Addantur Interpretes Librorum V. Test. *cap. 1. & XII.*  
Prophetarum *cap. 24. A.*

## CAPUT XXXII.

DE

## Prophetia Zephaniæ.

B R E V I A R I U M.

*Autor Prophetiæ* זפניא Zephanius. *Nominis ratio.*  
*Majorum ejus concatenata series.* 1. *Prophe-*  
*tavit in diebus Josiæ, cujus temporum historia*  
*cum Prophetiæ hujus argumento comparatur.*  
2. *Partes Prophetiæ duæ sunt.* I. *Prophetia de*  
*peccatis populi Judaici, & judiciis, tum illi*  
*tum gentibus aliis imminentibus.* (cap. 1-3: 1-9.)  
II. *Promissiones Ecclesiæ factæ de Regno Christi.*  
(cap. 3: 9-f.) *Tabula Synoptica & Interpretes*  
*libri. 3.*

Zepha-  
nias  
quis?

I. **A**uthor Prophetiæ hujus זפניא Zephanius vel  
Zophonias, quod arcanum Domini, vel, juxta  
alios, *speculatorem Domini* significare potest,  
fuit

fuit בן כושי בן גדליה בן אמריה בן חזקיה *filius Zeph.*  
*Cuschi, filii Gedaliae, filii Amariae, filii Ezechiae, cap. I. 1.*  
 quorum Zephaniae Majorum concatenata series  
 arguere videtur, fuisse eos viros claros & illustres,  
 cujuscunque demum ordinis. An verò Ezechias  
 ille, cujus abnepos Propheta dicitur, fuerit Rex ille  
 Judæ, incertum est: & ut id asseramus, vix ratio  
 temporum finit. Patria ejus non commemoratur.  
 Ex Sarabatha monte oriundum esse, traditio in-  
 certa est.

II. Prophetavit Zephaniae בְּיָמֵי יְאֲשֵׁרָהוּ *in diebus Tem-*  
*Josia, cap. I. 1.* Ejus tempora, quæ 2. Paral. XXII. *pus Pro-*  
 &c. & 2. Chron. XXXIV. describuntur, si conferan- *phetiæ.*  
 tur, argumentum Prophetiæ evidentius erit. Neme-  
 pe cum Josias Rex nulli pietate atque zelo ad glo-  
 riam Dei propagandam secundus, juxta præscri-  
 ptum Legis Divinæ ab Hilkia productæ, falsam  
 Religionem abolevisset, & veram renovasset, pau-  
 cos in tam sancto proposito adjutores & approba-  
 tores, sive ex Principibus, sive ex populo, ac ne  
 ex ipsis quidem filiis, paterna instituta non valde  
 probantibus, habuit. Hoc responsum Huldæ,  
 2. Reg. XXII. 15. &c. & sequentium temporum  
 eventus satis comprobat. Defuncto enim Josia,  
 mox ad impietatem & pristinum ingenium redie-  
 runt. Hinc adeò Zephaniae, exemplo Jeremiæ, *Argu-*  
 hortatur ad pœnitentiam, utque impietatem in *men-*  
 animo reclusam, & sermonibus usurpatam, inque *tum.*  
 privatarum ædium penetralibus exercitam, de-  
 ponant, impellit. Primùm quidem eorum flagitia,  
 impietatem, injustitiam, superbiam & immode-  
 stiam in cultu corporis vituperat, & afflictionem  
 denuntiat: tandèmque post tormenta restitutione-  
 nem promittit, hostium excidium prædicit, vati-  
 cinaturque, fore, ut Hierosolyma clarior quàm  
 antehac erat, fiat, gentibus omnibus ad illius  
 religionem confluentibus, id quod in Regno Christi  
 plenissimè exhibetur.

III. Duæ sunt igitur partes hujus Prophetiæ, *Partes.*  
 una *Legalis*, de peccatis & judiciis, tum Israëlitis,  
 tum gentibus imminentibus, Cap. I.-III. 1-9.

*Zeph.* Evangelica altera, promissiones Ecclesiæ de Regno Christi datas complexa, cap. III. 9--f. quas nunc paucis diducere conabimur.

- I.** I. *Prophetia de peccatis populi Judaici & Judiciis, tum illi, tum gentibus aliis, imminentibus.* Cap. I-III. 1-9.
- Peccata & Judicia populi. Cap. I.
- Vide
1. Denuntiationem judiciorum divinatorum
    - a. *Generalem* adversus homines & pecora, (3.) cap. 1: 1-4.
    - b. *Specialem*, adversus
      - α. *Judeos*, quibus
        - Α. Excidium ob idololatriam & defectionem minatus, (6.) propinquitatem diei convivii annuntiat, (9.) judicii latitudinem, (13.) nec non celeritatem & diritatem exponit, (18.) cap. 1: 4--f.
        - Β. Pœnitentiam suadet, ut abscondantur in die iræ, (3.) cap. 2: 1-4.
      - β. *Gentes*, à quarum tyrannide populus Dei vindicandus, puta Philistæos, (7.) Moabitas, (11.) Cuschæos, (12.) Assyrios, (15.) cap. 2: 4--f.
  2. Denuntiationem judicii finalis, factam populo Judaico ex captivitate reduci, ubi tum peccata Hierosolymæ, imprimis inobedientia & induratio cordis post visa Dei judicia recensentur, (7.) tum sententia judicii finalis pronuntiat, (8.) cap. 3: 1-9.
- II.** *Promissiones factæ Ecclesiæ de Regno Christi, cap. III. 9--f.* Ubi conversio gentium, (10.) Ecclesiæ à superbia & mendacio conversio, tranquillitas, (13.) judiciorum amotio, (15.) auxilium à Deo Heroë, Salvatore præstandum, oppressio hostium & reliquiarum salus (20.) promittuntur, cap. 3: 9--f.
- Promissiones.

## TABULA SYNOPTICA ZEPHANIAË.

*Partes Prophetiæ hujus sunt :*

- I. Peccata & pœnæ populi, Cap. I-III: 1-9. ubi
  1. *Denuntiatio judicii generalis*, c. 1: 1-4.
  2. *Specialis adversus*
    - a. *Judeos*, quibus
      - α. *Excidium denuntiat*, c. 1: 4--f.
      - β. *Pœnitentia suadet*, c. 2: 1-4.
    - b. *Gentes*, c. 2: 4--f.
  3. *Denuntiatio judicii finalis*, c. 3: 1--9.
- II. *Promissio de regno Christi, Cap. III: 9-f.*

*Inter-*

S. PATRES. Scorsim nulli.

REFORMATI. Bucerus, Danæus, Drufius, Larenus,  
van Hoek. Angli, Porder.

AUGUSTANI. Lutherus, Selneccerus.

PONTIFICII. Scorsim nulli.

ADDANTUR Interpretes Librorum V. T. cap. I. & XII.  
Prophetarum, Cap. XXIV. A.

## CAPUT XXXIII.

DE

## Prophetia Haggæi.

BREVIARIUM.

*Author* חגגאי Haggæi, quod festivum significat. Magni Spiritus Propheta fuit. I. Occasio Prophetiæ intermissa ædificatio Templi Hierosolymitani, à Dario iterum permissa. Argumentum Prophetiæ. 2. Temporis, quo prophetavit, ratio. 3. Partes sunt quatuor. I. Visio 1. anno 2. Darii, mense 6. die 1. Haggæo facta, (cap. 1.) II. Visio 2. ejusdem anni mense 7. die 27. eidem facta. (cap. 2:1-10.) III. Visio 3. ejusdem anni, mense 9. die 24. visa, (cap. 2:10-19.) IV. Visio 4. eodem die visa, (cap. 2:20-f.) Tabula Synoptica & Interpretes libri. 4.

I. **P**Ræcedentes Prophetæ ante captivitatem Babyloniam: sequentes tres, Haggæus, Zacharias, Malachias post eam prophetârunt. <sup>Haggæus</sup> <sup>Zacharias</sup> <sup>Malachias</sup> quis?

Primus חגגאי Haggai seu Haggæus, quod *letum* seu *festivum* notare videtur, quis fuerit, non constat. Magni tamen eum juxta ac Zachariam animi & Spiritûs fuisse, Hieronymus rectè hinc arguit, quòd adversus Artaxerxis edictum, & Samaritanos, gentesque cunctas per circuitum, ædificationem Templi impediens, jubere, ut Templum exstrueretur, veritus non fuerit.

II. Occasio hujus atque sequentis etiam Prophetiæ Zachariæ hæc fuit. Cyrus, Deo movente, <sup>Occasio</sup> <sup>Prophetiæ</sup> Judæis

*Hagg.* Judæis reditum in patriam, & jus restituendæ urbis & Templi concesserat. Redierant è tribu Judæ, Benjaminis & Levi plurimi, nonnulli etiam ex aliis tribubus, quorum cor Deus tetigit, & fundamenta Templi jecerant. Cyro autem bellis occupato, & Artaxerxe circumvento, vicini Satrapæ, Judæorum æmuli, ædificationem Templi diu fatis impedierant. Dario regnum Persicum adeptò, Deus Prophetis, qui tum in Judæa erant, Haggæo & Zachariæ, aperuit, velle se, ut in cœpto opere pergeretur, quia Regis Darii animo promovendi operis affectum inspirare constituisset. Haggæo id prædicanti credebant Zorobabel Ethnarcha è Davidis stirpe, & Jesus Josêdecides Sacerdos maximus, aliique: ex plebe plures, laboris & impensarum fugientes, quidvis credere malebant, quàm id, quod molestum illis esset. Sic ergo Haggæus in Prophetia hac restituti populi ingratitude accusat, ingnaviam eorum legniùs Templum restituentium pulsat, restitutionem strenuè urget, & de Christo, secundi Templi gloria, ejusque regno manifesta vaticinia profert. Hæc libri lumina.

Argu-  
men-  
tum.

*Chro- nologia.* III. Prophetavit Haggæus בשנת שנים לדרוש המלך anno secundo Darii Regis, quo ad ipsum ter verbum Domini, Zorobabelem & Josuam seu Jesum Pontificem concernens, factum est, cap. I. 1. II. 1. 20. Quotus Darius ille fuerit, non constat inter omnes. *Darium I.* Medum, Ahasueros filium, cujus Dan. VI. 1. mentio est, non fuisse, omnes consentiunt. *Darium II.* Hystaspis filium fuisse, Josephus, & post ipsum Hieronymus, aliique viri docti censent. Cùm verò, post reditum & prohibitam ædificationem Templi haud dubiè, Judæi in terra jejunaſse dicantur שנים annos multos, & quidem septuaginta, Zach. VII. 3. 5. & septuaginta annis Deus rigidè cum illis, proximè scilicet, egisse dicatur, Zachar. I. 12. ad Darii II. Hystaspis filii annum secundum etiam inde à Cyro 70. anni non defluerunt. Hinc Sulpitius Severus, Scaliger, Junius, Drusius, Piscator, Tarnovius, aliique *Darium III.* *Nothum* dictum, indigetari probabiliter statuunt.

Qui-

Quibus & illud favet, quod Est. IV. 5. 6. 24. V. 1. 7. *Haggæ*.  
VI. 1. collatis, non obscure Darius ille Artaxerxi  
succenturiatur. Artaxerxi autem Longimano  
Darius Nothus successit.

IV. Quatuor potissimum in libro hoc visiones *Partes*.  
*Haggæo* factæ commemorantur; unde totidem  
Prophetiæ partes designari possunt.

I. *Visio I. anno secundo Darii, sexti mensis primo die, I.*  
*Haggæo facta. Cap. I. Quâ, post titulum Prophetiæ, Visio I.*  
(1.) Propheta Dei nomine populum ob neglectam Templi *Cap. I.*  
reædificandi curam accusans, (6.) eundem, ut serio in opus *2.*  
illud incumbat, graviter hortatur, (11.) obsequentibus  
Zorobabele & Josua, (12.) quibus Dei auxilium promitti-  
tur, (15.) *cap. 1.*

II. *Visio II. ejusdem anni mense 7. die 27. eidem facta. II.*  
*Cap. II. 1-10. Quâ Deus per Prophetam Zorobabelem & Visio II.*  
Josuam in cæpto opere confirmat promissione præsentis *2.*  
Jehovæ, (4) & adventuri ad Templum illud, post commo-  
tionem cæli & terræ, desiderii gentium, gloriâ suâ illud  
collustraturi, (9.) *cap. 2: 1-10.*

III. *Visio III. ejusdem anni mense 9. die 24. visa. III.*  
*Cap. II. 10-20. Quâ Deus, exprobrata populo hypocriti, Visio III.*  
& præcedente judicio imminuti in frugibus & vino pro-  
ventus ad animum revocato, eundem Templum ædificare  
incipientem ad spem benedictionis juxta legem Mo-  
sis erigit, (19.) *cap. 2: 10-20.*

IV. *Visio IV. eodem die visa. Cap. II. 20-f. Quâ IV.*  
post prædictam iterum commotionem cæli & terræ, ever- *Visio IV.*  
sionemque throni Regnorum, Zorobabelis, [seminis ejus  
Christi] ut servi & sigilli in manu Dei electio promittitur,  
(23.) *cap. 2: 20-f.*

## TABULA SYNOPTICA HAGGÆI.

*Partes sunt quatuor :*

- I. *Visio I.* quâ neglectus Templi accusatur, *Cap. I.*
- II. *Visio II.* quâ Zorobabel in proposito confirma-  
tur, *Cap. II: 1-10.*
- III. *Visio III.* quâ spe benedictionis animantur ædi-  
ficantes, *Cap. II: 10-20.*
- IV. *Visio IV.* quâ Zorobabeli seu semini ejus electio  
promittitur, *Cap. II: 20-f.*

*Interpretes Haggæi.*

S. PATRES. Scorsim nulli.

REFORMATI. Danæus, Grynæus, Oecolampadius, Wil-  
lius

- *Zach.* lius, Paréus, Hoek. *Angli*, Pilkintōnus, Reynoldus, Anonymus, 1562.  
 AUGUSTANI. Balduinus, Draconites, Himmelius, Hoë, Melanchthon, Tarnovius, Varenius.  
 PONTIFICII. Eckius, Rupertus, Vallius, Wicelius.  
 Addantur Interpretes Librorum V. T. cap. I. & XII. Prophetarum, cap. 24. A.

## CAPUT XXXIV.

DE

## Prophetia Zachariæ.

BREVARIUM.

*Cum Haggæo cohæret זכריה Zacharias, non confundendus cum Zacharia filio Barachia, vel Fojada. 1. Prophetia occasio eadem, quæ Prophetia Haggæi. 2. Argumentum Prophetia. 3. Ratio temporis, quo prophetavit. 4. Partes sunt quinque, totidem propheticae visiones. I. Visio 1. quâ Prophetâ populo nomine Dei pœnitentiam suadet, Deique gratiam promittit, (cap. 1: 1-7.) II. Visio 2. constans novem figuris seu emblematis, quibus Templi typici edificatio & Christi Regnum adumbratur. (cap. 1: 7--7.) III. Visio 3. quâ benedictio divina & letitia populi promittitur. (cap. 7. 8.) IV. Visio 4. de collectione Ecclesiæ ex variis gentibus & judicium Dei adversus immorigeros, (cap. 9-11.) V. Visio 5. de salute Ecclesiæ per Christum, (cap. 12--f.) Tabula Synoptica & Interpretes libri.*

Zacharias quis? I. **E**T tempore, & Prophetiæ argumento, & serie ordinis cum Haggæo cohæret זכריה Zacharias, quod memorem Domini notat. Fuit is בן ברכיה בן עדין filius Bereciab, filii Iddo, cap. I. 1. Non confundendus est vel cum Zacharia filio Barachia, seu Baruch, cujus meminit Salvator noster Matth. XXIII. 35. (hic enim ille est, cujus in Tem-

Templo interfecti apud Josephum *de bello Jud. V. 1. Zach.* mentio est, ) neque cum Zacharia illo filio Jojadæ, qui 2. Chron. XXIV. 20. 21. 22. memoratur, cum alius utique sit filius Beraciæ, alius filius Jojadæ. Iddo ille, cujus nepos Zacharias statuitur, fortè Sacerdos ille fuit, quem Nehemias cap. XII. 16. inter Sacerdotes, qui cum Zorobabele Babylone ascenderunt, numerat.

II. Occasio scribendæ Prophetiæ eadem Za- Occasio  
chariæ, quæ Haggæo fuit. Is certè ejus tempore status fuit populi, ut deplorari debuerit. Pendebat enim à nutu gentium, & vix pauci ex Babylone impurâ terrâ redierunt, qui indultu Cyri altari utebantur. Templi structura parietinarum instar erat. Et à vicinis irridebantur, infestabantur, novissimèque sub Ahassueros in *παινολεθρίας* discrimen adducti erant. Vitam igitur quasi precariam agebant; insuperque, uti ex Haggæo constat, proventus terræ diminuti famem induxerunt.

III. Sic ergo Zacharias populum ad pœnitent- Argu-  
tiam revocaturus, & adversus tentationes afflictio- men-  
nèsque impendentes muniturus, ac in fide & ex- tum.  
pectatione Christi confirmaturus, ad resipiscen-  
tiam strenuè hortatur, Majestatem Christi apud  
Deum intercedentis, & misericordiam Dei Eccle-  
siam restituentis, gentes infestas Ecclesiæ, hujus  
instaurationem, illorum everisionem, Christi &  
Ecclesiæ bona, animadversionem in Judæos im-  
probos, & fidelium ubivis degentium sanctifica-  
tionem in Christo, typicè figurat. Consulentibus  
de jejunio suadet vitæ potius sanctimoniam, &  
exultationem in Domino. Denique adventum  
Christi evidentissimis signis præfinit, & de Regno  
Christi adeò clara & aperta vaticinia fundit, ut in  
ea re non minùs quàm Esajas admirabilis & Evan-  
gelicus censerì debeat.

IV. Eodem, quo Haggæus, secundo Darii ( de Tem-  
quo in observationibus ad Haggæum) anno, mense nus.  
oçtavo, adeoque uno, & quod excurrit, mense  
post cœptam à Zorobabele & Josua structuram

**Zach.** Templi, Zacharias primam visionem, reliquas sequenti tempore exceptit.

**Partes.** V. Quinque potissimum sunt sermones seu periochæ libri hujus, diversis temporibus & visionibus exceptæ. Unde totidem partibus Prophetia hæc includi potest.

**I. Visio I.** I. *Visio I. quâ Propheta populo nomine Dei pœnitentiam suadet, & DEI gratiam promittit.* Cap. I. 1--7. Ubi Propheta nomine Dei populo suadet pœnitentiam, ut ad animum revocata Dei adversus Patres suos indignatione, eorundemque conversione, ipse quoque ad Deum se convertat, promittens fore sic, ut Deus quoque se ad illum convertat, *cap. 1: 7.*

**II. Visio II.** II. *Visio II. constans novem figuris, seu emblematis, quibus Templi typici ædificatio & Christi Regnum adumbratur.* Cap. I. 7--VII. Vide

1. **1.** Emblema I. *equitis inter myrtos*, & prope illum equorum ruforum, puniceorum & alborum, (7. 8.) cujus mysterium stans inter myrtos [Christus] ita explicat, ut doceat, missos esse equos ad perambulandam terram, (11.) Angelo Jehovah intercedente interea pro Ecclesia, Deoque benignè respondente, (: 3.) & Propheta prædicare jussu, quod Deus gentibus iratus, Hierosolymæ propitius esse velit, ut Templum æstrui possit; promissâ insuper urbium bonorum abundantia & electione Hierosolymæ, (17.) *cap. 1: 7-f.* [juxta versiones nonnullas, *cap. 1: 7--18.*]

2. Emblema II. nempe **4. cornuum** & **4. fabrorum**, cornua illa decutientium, typum scilicet decussionis gentium, quæ cornua sua Hierosolymæ obverterunt, (4.) *cap. 2: 1-4.* vel *cap. 1: 18-f.*

3. Emblema III. *Angeli cum funiculo mensorio* Hierosolymam metientis, ubi multiplicatio populi protegendi in Christo, tanquam igneo muro & interno decore, (9. vel 5.) invitatio ex terra Babylonis in Sionem, (11.) direptio Persarum à Græcis, (13.) adventus Jehovah habitaturi in Sione, (14.) confluxus gentium ad eum, Judæ & Hierosolymæ adoptio, (17.) prædicuntur, *cap. 2.*

4. Emblema IV. *judicii*, ubi est sententia Angeli Jehovah judicis, tum contra Satanam accusatorem Josuæ Pontificis, (2.) tum pro Josua, cui, per verum sacerdotem Christum absoluto, (5.) Sacerdotium typicum confirmatur, (7.) & adventus Christi *Germinis* & *Lapidis* in quem oculi defigendi, (9.) nec non libertas & lætitia (10) promittuntur, *cap. 3.*

5. Emblema V. *candelabri cum duabus oleis*, (3.) quo insinuatur, non tam Zorobabelis industriâ, quam Spiritu Jehovah, non obstante monte magno, Templum æstru-

exstructum iri, septem oculis lapidem istum visuris, & Zach. exultaturis, (10) nunquam etiam defuturos filios oleæ, seu testes verbum Dei in terra docentes, (14.) cap. 4.

6. Emblema VI. *voluminis volantis*, (2.) mysterium execrationis legis adversus Israëlitas & Templum ipsum, ob furtum & perjurium pronuntiata, (4.) cap. 5: 1--5. Cap. 5.

7. Emblema VII. *Ephæ*, (6) quo pœna infidelium hypocritarum adumbratur, (11.) cap. 5: 5--f.

8. Emblema VIII. *quatuor quadrigarum*, (3.) quo significantur totidem exercitus fore executores judiciorum Dei. (8.) cap. 6: 1--9. 6.

9. Emblema IX. *coronarum capiti Josuæ imponendarum*, (11.) quo adventus *Germinis*, ædificatio Templi veri, exaltatio Christi, & vocatio gentium figurantur, (15.) cap. 6: 9--f.

III. *Viso III. quâ benedictio Divina, & letitia populi promittitur.* Cap. VII. VIII. Vide III. Viso III.

1. *Occasionem Prophetiæ*, legationem ad sacerdotes missam à populo, consilium de jejuniis in posterum celebrandis expetentem, (3.) cap. 7: 1--4. 7.

2. *Prophetiam*

a. De jejunio tum hypocritico, (7.) tum vero, (11.) nec non de inobedientia præterita populi, ob quam inter gentes dispersi sunt, (14.) cap. 7: 4--f.

b. De benedictionibus populum manentibus, cujusmodi sunt nova habitatio in Zion, (3.) conservatio feminis in vita corporali & spiritali, (8.) divitiarum terrestres, (15.) tum spirituales, loco jejunii gaudium in Donno, siquidem fidem suam constanter probaverint, (19.) denique accessio gentium ad communionem fœderis & gratiæ, (23.) cap. 8. 8.

IV. *Viso IV. de collectione Ecclesiæ ex variis gentibus, & Dei adversus immorigeros judiciiis.* Cap. IX--XII. Vide IV. Viso IV.

1. Post titulum & summam Prophetiæ, (1.) Tyriorum, Sioniorum & Regni Palæstinæ abolitionem & aggregationem reliquiarum Palæstinæ ad Ecclesiam, (8.) promissionem adventus Christi & Regni ejus, (9.) ejusque post destructam politiam progressum, (11.) denique invitationem Zionis ad munimentum, adductis rationibus variis, (17.) cap. 9. 9.

2. Admonitionem petendi à Deo pluviam ferotinam, (1.) dehortationem ab idololatria, (2.) & indignationem contra Pastores & arietes majores: ubi victoria Judæ contra illos, multiplicatio ejusdem & vindicatio promittitur, (12.) cap. 10. 10.

3. Politicæ Judæicæ per Romanos destructionem, (3.) & mandatum Dei ad Christum de pascendis ovibus, (6.) 11.

- Zach. Christique in pascendis illis curam, (7.) & passionis modos ac tempora, (14.) denique iudicium veri Pastoris contra Pastorem stultum, (17.) cap. 11.
- V. Visio V. de salute per Christum & iudiciis Dei adversus infideles. Cap. XII--f. Vide
12. 1. Post præfationem, (1) consolationem Hierosolymæ, ponendæ in calicem vertiginis & lapidem onerosum omnibus populis, adeoque futuræ inexpugnabilis, (6.) & promissum Jehovah tentoria Judæ salvaturum, (8.) effusionemque Spiritus S. in credentes, (10.) successuro excidio præfractorum, quorum planctus describitur, (14.) cap. 12.
13. 2. Promissionem fontis aperti pro domo Davidis, (1.) & denuntiationem iudicii adversus idololatrias, Prophetas, (6.) Pastorem proximum Jehovah, (7.) nec non conflationem partis tertiæ populi superstitis, (9.) cap. 13.
14. 3. Hierosolymæ per gentes varias occupationem, dimidia ejus parte capiendâ, dimidia relinquendâ, (2.) contra easdem gentes progressuro mox Domino ad bellum, (5.) nec non promissionem adventus Jehovah ad lucem reddendam, (7) aquis viventibus ex Hierosolyma ebullituris, terræque sub uno Rege tutè inhabitanda, (11.) plagis interim denunciatis hostibus, (15.) & gentibus conversis Hierosolymæ festum tabernaculorum celebraturis, (19.) promissa denique phalerarum equorum & lebetum sanctificatione, (21.) cap. 14.

## TABULA SYNOPTICA ZACHARIÆ.

Partes pro numero Visionum Prophetiæ hujus  
sunt quinque:

- I. Visio I. quâ Deus populo conversionem suadet, Cap. I: 1-6.
- II. Visio II. seu novem Emblemata, quibus Christi Regnum adumbratur, Cap. I: 7--VI.
1. *Emblema Equitis inter myrtos*, c. 1: 7-18.
  2. *Cornuum quatuor, & fabrorum totidem*, c. 1: 18-f.
  3. *Angeli cum funiculo mensorio*, c. 2.
  4. *Judicii*, c. 3.
  5. *Candelabri cum duabus oleis*, c. 4.
  6. *Voluminis volantis*, c. 5: 1-5.
  7. *Ephe*, c. 5: 5-f.
  8. *Quadrigarum quatuor*, c. 6: 1-9.
  9. *Coronarum*, c. 6: 9-f.

III. Vi-

## III. Visio III. Cap. VII. VIII. ubi

Zach. •

1. *Occasio Propbetiæ, c. 7: 1-4.*
2. *Propbetia*
  - a. *De jejuniis vero, c. 7: 4-f.*
  - b. *De benedictionibus populi, c. 8.*

## IV. Visio IV. Cap. IX--XI. ubi

1. *Vocatio gentium, c. 9.*
2. *Evangelii progressus, c. 10.*
3. *Politia Judaicæ destructio, & Christus futurus Pastor, c. 11.*

## V. Visio V. Cap. XII-f. ubi

1. *Ecclesiæ afflictiones, & Spiritus S. gratia, c. 12.*
2. *Promissio fontis aperti, judicium adversus idololatras, &c. c. 13.*
3. *Hierosolymæ occupatio, gentium interitus, & Regnum Christi, c. 14.*

*Interpretes Zachariæ.*

S. PATRES. Didymus, Hippolytus.

REFORMATI. Danæus, Grynæus, Oecolampadius, Wil-  
lius, Bierman. Markius, Hoek. Angli, Pemble, Reynold.AUGUSTANI. Balduinus, Himmelius, Lutherus, Me-  
lanchthon, Regius.

PONTIFICII. Rupertus, Savanarola.

Addantur Interpretes Librorum Vet. Test. cap. I. & XII.  
Prophetarum cap. 24. A.

## CAPUT XXXV.

DE

## Prophetia Malachiæ.

## BREVIARIUM.

*Ultimus Propheta est מלכיאלי Malachias. Non est  
vel Melchias, vel Esra, vel Zacharias. 1. Tem-  
poris, quo prophetavit, ratio investigata.  
2. Argumentum Propbetiæ. 3. Est sigillum Pro-  
phetarum. 4. Partes libri due sunt. I. Accu-  
satio populi Israëlitici ob defectum studii hono-  
ris Dei. (cap. 1--4.) II. Denuntiatio adventus  
diei*

Mal. diei Domini (cap. 4.) Tabula Synoptica & Interpretes libri. 5.

I. Malachias quis? **I**N choro Prophetarum ultimus מלאכי *Malachias*, quod sonat *Angelus meus*, seu *Malachias* non fuit vel Angelus cœlestis, uti Origenes deliravit: vel ille מלכיא Melchijas, cujus Eir. X. 25. 31. Neh. III. 11. VIII. 5. mentio est: vel Esra Sacerdos, uti Hebræi nonnulli, aliique asserunt, argumento freti, quod infra Sacerdos Domini, qualis Esra fuit, *Angelus* vocetur, cum tamen Esra Sacerdos quidem nuncupetur, at Propheta nunquam: vel Mardocheus, uti nugantur alii: vel Zacharias Propheta, ut Bibliander noster inde ariolatus est, quod etiam Zacharias *legatus* nuncupetur; sed peculiaris Propheta, cujus nomen erat *Malachias*, natus, si dubiæ Epiphaniî narrationi fides est, in oppido Sopha, tribu Zabulon.

Tempus Prophe-  
tia. II. Temporis, quo prophetavit, notitia argumentum Prophetiæ clarius reddit. Vixit haud dubiè post extructum templum secundum. Non enim prophetat de rebus templi secundi extructionem præcedentibus, sed sequentibus tantum; & Templi tanquam jam integri, cap. I. 10. meminit; multa quinetiam corrigit, quæ structo jam templo peccabantur, veluti polygamiam, divortia, detentionem decimarum, conjugia cum extraneis: quæ Templo jam extructo secundo præfecturæ suæ tempore se reperisse, Nehemias cap. ultimo profiteretur: denique Prophetiam suam cum Johannis Baptistæ præconio connectit, & Israël ad Legem Mosis revocat, cui eum affixum esse jubet, usque dum manifestetur Christus. Vixisse etiam videtur proximo post ædificationem Templi tempore, quo Israël adhuc fuit sub Ducibus, quales fuere Nehemias & Zorobabel, adeoque etiam sub potestate Persarum, vel Græcorum, uti ex cap. I. 8. ubi mentionem דוכא ducis facit, liquet.

Argu-  
men-  
tum. III. Sic ergo Malachias populum ad agnitionem Testamenti Dei & fidem in Christum ac pœnitentiam excitaturus, tum populi ingratitude & im-

& impietatem, præcipuè verò avaritiam & negli- Mal.  
gentiam Sacerdotum vituperat, honoris Dei defe-  
ctum redarguit, veram pietatem non in Sacrificiis  
& ceremoniis, sed in reverentia nominis Divini &  
fraternis erga proximum officiis situm esse, docet,  
denique Legis Mosaicæ observantiam, & animad-  
vertendam prænuntiationem adventûs Christi per  
præcursorem ejus Eliam commendat.

IV. Non malè Malachiam Hebræi vocant Sigillum  
Prophe-  
תתק חתום הנביא *sigillum Prophetarum*. Is enim ul-  
timus Propheta & scriptor Θεόπνευτος. Vetus Te-  
stamentum obsignavit, eique colophonem impo-  
suit. Id quod in primis mandatum finale in me-  
moria habendæ Legis Mosaicæ & promissio ante-  
ambulonis Christi, ut proximi & mox secuturi  
Prophetæ, & cohærente ejus præconio cum præ-  
conio Malachiæ arguit. Etsi verò sequentibus  
etiam temporibus Ecclesia Dei viros claros, & he-  
roas illustres, vindices & doctrinæ & populi Dei  
habuit: nemo tamen illorum Prophetica voca-  
tione & autoritate præditus fuit, quod in loco  
fusiùs demonstratur.

V. Versatur porrò Prophetia hæc potissimùm Partes.  
*Primò* in redarguendo defectu studii honoris Dei,  
cap. I--IV. *Secundò* in denuntiatione diei adventûs  
Domini, & admonitione observandæ Legis Mo-  
sis, & promissione Prophetæ Eliæ, prodromi Christi,  
cap. IV. Unde divisio bipartita exsurgit.

- I. *Accusatio populi Israëlitiçi ob defectionem studii ho-* I.  
*noris divini. Cap. I--IV. Vide* Accusa-  
tio po-
1. *Prologum, quo Deus Israëlitas convincit amoris sui &* puli.  
*beneficiorum, quod ex antithesi odii sui erga Esavum* Cap. 1.  
*illustrat, (5.) cap. 1: 1--6.*
  2. *Accusationem*
    - a. *Ob sacrificia non in fide oblata; (9.) unde Sacer-*  
*tes rejiciuntur, (10.) sacrificium Deo gratum in omni*  
*loco offerendum promittitur, (11.) Sacerdotesque*  
*de novo graviter increpantur, (14.) cap. 1.*
    - b. *Ob legis & fœderis Divini contemptum; ubi Sacer-*  
*dotibus inobedientibus maledictione denuo inten-* 2.  
*tata, (3.) & fœdus cum tribu Levitica explicatur,*  
*(8.) & transgressio ejusdem per Levitas arguitur,*  
*maledictione iis indicta, (9.) & species violati ab iis*  
*fœderis*

*Mal.*

Cap. 3.

fœderis, profanatio sancti Domini, perfidia in conjugem, divortiorum & polygamiae licentia perstringuntur, (16.) nec non ob *præjudicium* Judæorum circa diei Domini prolongationem, (17.) *cap. 2.*

c. Post discussum de prorogato die Domini præjudicium, per promissionem prodromi Johannis Baptistæ & explicaturam honorem diei Domini instar ignis Levitas conflaturi, (4.) & perjuros &c. consumpturi, (6.) accusationem novam ob pertinacem *impenitentiam*, in eo sitam, quòd fraudatis decimis Deum ipsum spoliavit, (12.) nec non *duros* eorum de vanitate cultus divini *sermones*, (11.) *cap. 3.*

II. Denuntiatio adventus Domini.

4.

II. *Denuntiatio adventus Domini & admonitio de observanda Lege Moſis. Cap. IV.* Ubi tum annuntiat adventus diei Domini, ceu ardentis clibani omnes superbos consumpturi, timentibus verò Dominum affuturi tanquam Solis justitiæ, impiis sub pedibus eorum conculcandis, (3.) tum admonentur fideles de servanda Lege Moſis, (4.) tum Elias cor patrum ad filios conversurus promittitur, (6.) *cap. 4.*

## TABULA SYNOPTICA MALACHIÆ.

*Partes Prophetiæ hujus duæ sunt.*

- I. Accusatio populi ob defectum studii honoris divini, Cap. I-IV. ubi
  1. Prologus, c. 1: 1--6.
  2. Accusatio ob
    - a. *Sacrificia non in fide oblata*, c. 1: 6--f.
    - b. *Fœderis & Legis Dei contemptum*, c. 2.
    - c. *Præjudicium prorogati diei Domini*, c. 3.
- II. Denuntiatio diei adventus Domini, Cap. IV.

*Interpretes Malachia.*

S. PATRES. Seorsim nulli.

REFORMATI. Danæus, Grynæus, Martinus, Mollerus, Polanus, Willius, van Till, Hoek, *Angli*, Sclater, Stok, Torshell.

AUGUSTANI. Balduinus, Draconites, Himmelius, Melanchthon, Regius, Tarnovius, Varenius, Winkelmannus.

PONTIFICIUM. Aosta, Osius.

Addantur Interpretes Librorum V. T. *cap. I, & XII. Prophetarum, cap. 24. A.*



## CAPUT XXXVI.

DE

## Libro Jobi.

BREVARIUM.

*Inter Libros Poëticos primas obtinet Jobus.*

1. *Historiæ Jobi veritas contra Hebræos veteres asserta.* 2. *בִּינָה Job ἐπισημίων amabilem notare videtur. Jobabus cur dictus veteribus?* 3. *Patria ejus Utz Arabia deserta seu Ausitis est. Triplex Utz in S. Literis commemorata. Jobus ex posteris Nachoris oriundus est.* 4. *Non fuit ex populo Dei electo & segregato, sed ex fidelibus mundi.* 5. *Nec Jobabus, nec Idumæorum Rex fuit.* 6. *Scriptor libri an fuerit Jobus? An scriptus primùm Arabicè? An à Mose scriptus vel translatus? Jobum, vel quempiam amicorum Ephemerides consignâsse, & ex iis succedente tempore historiam confectam, probabile videri.* 7. *Argumentum & scopus libri.* 8. *Metro illigatus est liber, at nobis incognito.* 9. *Ætas Jobi indagata. Mose antiquiorem fuisse probatur.* 10. *Ætas vitæ, seu anni vitæ Jobi.* 11. *Partes libri duæ sunt. I. Historia afflictionum, seu tentationum & patientiæ Jobi. (cap. 1--32.) II. Tentationum & afflictionum Jobi læta catastrophæ. (cap. 32--f.) Tabula libri Synoptica, nec non Interpretes veteres Reformati, Augustani, Pontificii, Hebræi. 12.*

I. **A** Libris Prophetis ad Psalmos seu Poëticos Libri pergimus. Inter eos primum, ob antiqui-Poëti-  
tatem haud dubiè sive historiæ, sive scri-  
ptionis, sive utriusque, locum obtinet אִיּוֹב Jobus, Job.  
seu narratio de Jobi admirabili patientia, ejusque  
læta catastrophæ.

II. De

*Jobi.* II. De Jobo hoc & libro Jobi sic Hebræi in  
*Historia* Thalmudis Codice *Bava Bathra* : נביא לא היה  
*an fue-* ולא נברא אלא משל היה *Propheta non fuit, nec un-*  
*rit?* *quam creatus est; sed (liber de eo) parabola est.*  
 Negant nempe plerique Hebræi veteres, à recen-  
 tioribus propterea reprehensi, Jobum in rerum  
 natura fuisse unquam, asseruntque, non veram esse,  
 quæ narratur, historiam, sed parabolam tantum ad  
 patientiæ exemplar confictam. Christiani etiam  
 veteres nonnulli, ac inter eos Junilius, Africanus  
 Episcopus, Tragicomœdiam potius, quàm histo-  
 riam faciunt. Sed veram historiam, adeoque rem  
 verè gestam narrari, fidem faciunt, tum quòd Deus  
 ejus nominatim juxta Noam & Danielelem memi-  
 nit, Ezech. XIV. 14. Jac. V. 11. tum quòd nomina  
 personarum, gentium, regionum disertè exprimun-  
 tur, quod in parabolis non ita fieri solet: tum quòd  
 uxor ejus, liberi, amici, integritas, opulencia, digni-  
 tas, calamitates, & modus, quo illæ immisæ sunt,  
 denique universè ejus vita & obitus distinctè adeò  
 recensentur: tum denique, quòd in historicis cir-  
 cumstantiis nihil vel ἀτοπον vel ἀδύνατον occurrit,  
 quod ad fabulas vel Pœtica figmenta relegare  
 jubeat. Vix de Adamo vel quoquam alio tot  
 veritatis historiciæ documenta, atque de Jobo,  
 afferri possunt.

*Job un-* III. De origine vocis אִיּוֹב *Job* nihil certi dicere  
*de di-* habemus. Nonnulli ab אִיּוֹב quod *Pythionem*  
*etus.* significat, *Magum, sapientem*: alii ab אִיּוֹב *insensum*  
*esse, vel osorem, vel exosum, vel dolentem* significare  
 pertendunt. A אָמַר *amare, desiderare* אִיּוֹב *Job* signi-  
 ficare vel *amantem, desiderantem* rectum, virtutem,  
 pietatem: vel ἐπιποθετὸν *amatum, amabilem, deli-*  
 cium suorum, ἐξουδὸν vel ἐξέσμιον, *Celeb. Spanhe-*  
 mius (cujus, Præceptoris quondam venerandi, in  
 Historiam Jobi commentatio eruditione multi-  
 plici referta lectione dignissima est;) haud inscitè  
 divinavit. Neque tantum *Jobus* sed etiam אִיּוֹב  
*Jobabus* tum à plerisque Patribus, tum Hebræis &  
 LXX. Interpretibus etiam, nuncupatus est; dece-  
 ptis παραφρασεως loci *Genes. XXXVI. 33. ubi Joba-*  
 bum,

bum, alterum Idumæorum Regem, Esavi ex Re-<sup>Jobi.</sup> guele & Zara pronepotem eundem esse cum Jobo, perperam constituerunt.

IV. De Patria Jobi sic Scriptor libri Cap. I. I. Jobi <sup>Patria.</sup>  
*Vir erat* *וְיֹב בְּאֶרֶץ* *in terra Utz.* *Ijob nomen ejus.*  
 Hanc terram Utz nonnulli, cum Interprete Chaldaeo, Armeniam, alii Constantinopolin, alii regionem Trachonitidis, alii Palæstinam, alii Syriam Damascenam, alii Idumæam, alii Arabiam Petræam faciunt: nos cum probatissimis Arabiam desertam esse putamus. Tres nempe in S. Literis nomine *וְיֹב* *Utz* insigniuntur: unus *nepos Semi ex Aramo*, Genes. X. 22. 23. cujus sedes fuit in Aramæa seu Syria, quique jam olim conditor Damasci & Trachonitidis creditus: alter *filius Nachoris*, Genes. XXII. 21. cujus regio dicta *וְיֹב* *Utz*, *Ulsitis* vel *Ausitis*, posterius *Ἀυσίται* *Ausitæ*, Arabiæ desertæ incolæ apud Ptolomæum *Geogr. lib. 5.* postremus ex gente Horæorum, Genes. XXXVI. 28. qui post ab Idumæis sunt expulsi, Deut. II. 12. Patriam autem *Utz* à secundo illo dictam, adeoque nec Syriæ nec Idumææ, sed Arabiæ Desertæ *Utz* itidem esse, inde docti colligunt, quòd sola illa regio *Utz*, seu *Aus*, *Ausitis*, à primo scilicet fundatore *Utzo*, Trachonitis verò nūspiam terra *Utz*, sed terra *Gilead*, *Basan*: *Idumæa* etiam non terra *Utz*, sed terra *Edom*, *Seir*, *Theman* nuncupetur. Præterea Arabiæ desertæ ἡ Χαλδαιία χώρα παράκειται *Chaldaea regio adjacet*, inquit Ptolomæus & Strabo. At patria Jobi Chaldaeis vicina ipsa quoque fuit. Et *Sabæi* eidem vicini, in Arabiæ Desertæ parte magis Aquilonari, haud procul ab *Ausitis* ab eodem Ptolomæo *Geograph. lib. 5.* collocantur. Alia argumenta silentio præterimus. Saltem inde colligitur, Jobum ex posteris vel Nachoris fratris Abrahami, cujus filius *Utz* ille fuit, vel, quod verisimilius, ipsius Abrahami per filium aliquem ex *Kethura* genitum, & in Orientem ab eodem ablegatum, profatum esse.

V. Quicquid verò sit de patria Jobi, id prope-<sup>Religio.</sup> modum certum est, Jobum non fuisse de populo Dei electo, & ex omnibus gentibus segregato, filiis

Jobi.

liis scilicet Israëlitis: & tamen ex illo populo factum fuisse, in quo tum temporis, nondum rejectis decretoriè gentibus, nondum planè Dei veri & verbi ejus notitia extincta fuit. Unde Hebræi etiam veteres *Tract. de Idolol. cap. I.* amicos & collocutores Jobi, Bildadam: Eliphazum & Tzopharem inter אמות העול *gentes mundi* censent. Idque argumento est, olim ante legem & constitutam politiam Israëlitarum Patriarchas filiis & posteris suis veri Dei notitiam fideliter instillasse, neque eam statim expirasse & abolitam penitus fuisse, sed mansisse in gentibus pios, quibus Deus familiaris se revelaverit, donec gentes post impletam peccatorum mensuram peremptorio Dei decreto proscriptæ, & à fœdere gratiæ rejectæ sunt. Atque ita etiam Nachoris, inprimis fratris ejus Abrahami, fidelis institutio profuit hætenus, ut etiam Jobi temporibus ejus in ipso & amicis non obscura vestigia extiterint.

Non est  
Jobab.

VI. Qui Jobum eundem esse cum Jobabo sciunt, eum Idumææ Regem faciunt. Ita veteres plurimi loco Genes. XXXVI. 28. freti. Sed cum Jobabus ille Jobus non fuerit, nil eos locus ille juvat. Et de ejus parentibus, uxore, liberis, vitæ genere, restitutione, ætate, aliisque, quæ traduntur ex veteribus, Aristæo, Pseudo-Philone, Interpretibus Chaldæo & Græcis, nec non Theodotione, aliisque, fidem non merentur. Satis est, quòd ex indubitatis Scripturis liquet, fuisse illum *virum integrum & rectum, ac timentem Dei, recedentemque à malo*, גדול מכל בני קדם *maximum omnium Orientalium*, Cap. I. 1. 2. &c.

Scriptor  
libri.

VII. De scriptore etiam libri hujus disceptatum variè est. A Jobo ipso, vel certè amicorum Jobi aliquo scriptum esse, & quidem idiomate Arabico, post à Mose in Hebræum converso, Pseud-Origenes *lib. 1. Comment. in Job.* jam olim, & post ipsum alii asseruerunt: statuentibus aliis, Hebræo idiomate, in quo hodie comparet, à Jobo eodem conscriptum esse. At nec Arabicè primitus conscriptum, & post conversum esse librum, satis

ar-

arguere videtur tum metri Hebraici ratio, tum Hebraismus purus in prioribus & postremo capite, tum mos Hebræorum vocandi Arabiam קדום Orientem, & Arabes בני קדום filios Orientis: nec à Jobo Hebraicè conscriptum esse liquet, quia Arabs fuit, atque inde fortè Arabismis etiam liber scatur. Alii Mosen scriptorem libri faciunt, sive is primùm omnium eam historiam, vel ex Arabum traditione, vel ex Divino afflatu conscripserit: sive ex Arabico aut Syriaco sermone, in usum suæ gentis transtulerit. Ita Hebræi & Christiani tum veteres, tum recentiores plurimi. In *Bava Batbra cap. 1.* sic Hebræi: משה כתב ספרו ופרשת בלעם ואקוב *Moses scripsit librum suum, & sectionem Bileami, & Jobum.* Quam sententiam nuper Menasse Ben Israël *de Resurrect. mort. pag. 123.* tueri acriter conatus est. Sed in dubium meritò id revocant alii, eò quòd & stylus libri Jobi cum stylo librorum Mosis parùm conveniat: & locutiones in Jobo occurrant, quibus similes nullas in Mose, plurimas in Psalmis, Proverbiis, & Propheticis scriptis reperias: & libris Mosaicis nunquam liber Jobi conjunctus fuerit: & LXX. Interpretes, sive quicunque laciniam illam ad calcem Jobi assuerunt, Historiam Jobi Syriacis primùm literis contextam fuisse referant, minimè tacituri, si Mosen auctorem reputassent. Nobis probabile præ cæteris est, vel Jobum ipsum sive ante, sive post restitutionem suam, vel quempiam amicorum Jobi, Ephemeridas, sive verba dierum, ex antiquo more, cujus apud ipsummet *Cap. III. 6. & XIX. 23.* vestigia conspiciuntur, & quidem idiomate vernaculo Arabico, quòd Arabismi frequentes arguunt, consignasse; id quòd tum votum ejus ardentissimum, ut sua *scriberentur in libro, Job. XIX. 23.* (cui haud dubiè satisfactum est,) tum quòd aliunde sermones illi Jobi & Amicorum constare non poterunt, ferè extra dubitationis aleam ponit. Atque istæ Ephemerides seu tabulæ domesticæ conservatæ in Ecclesia materiam sacro scriptori alicui formâ, in qua hodie liber Jobi conspicitur, vestiendam

Jobi.

præbuit. Ast quo præcisè tempore, quo obstetricante seu amanuensi, ante Solomonem, an ferius liber hic ex tabulis ejusmodi seu Ephemeridibus collectus, & in Ecclesia Hebræorum natus sit, non perinde constat. Saltem id certum est, jam ante Ezechielem, qui Cap. XIV. 14. ad historiam reflectit, scriptum in Canone extitisse. Circa Davidis aut Solomonis tempora adornatum esse, ex scribendi genere cum Davidico & Solomonico, si colloquentium idiotismos & Arabismos excipias, conveniente nonnulli augurantur. Nos id in medio relinquimus.

Argu-  
men-  
tum.

VIII. Argumentum, scopum & usum libri pandit S. Jacobus Cap. V. 10. 11. Ὑπόδειγμα, inquit, λάβετε τῆς κακοπαθείας, ἀδελφοί μου, καὶ τῆς μακροθυμίας τῶν προφητῶν, οἱ ἐλάλησαν τῷ ὀνόματι Κυρίου. Ἰσὲ μακαρίζομεν τῶν ὑπομένων. Τὴν ὑπόμονην Ἰωβ ἤκεσάτε, καὶ τὸ τέλος κυρίου εἶδετε, ὅτι πολὺσπλαγγνὸς ἐστὶν ὁ κύριος καὶ οἰκτιρῶν. *Exemplar capite, Fratres mei, tolerantia & longanimitatis Prophetas, qui nomine Domini locuti sunt. Ecce, beatos censemus patientes. Tolerantiam Job audivistis, & finem Domini (à Domino ei factum,) vidistis: siquidem multa benignitatis est Dominus & misericors.* Describitur nempe hoc librum *patientia exemplaris* Jobi, qui tentatus variè, à Sathana, domesticis & amicis, qui argumentis à providentia & justitia Dei sapientissima & potentissima, à peccatrice hominum natura, atque à prima illa Jobi perturbatione conjecturam capientes eum aut vitæ improbè actæ, aut hypocrisios coram Deo reum peragere satagunt, non succubuit, sed spe & charitate munitus, eluctatusque in fide perstitit, & amicorum etiam tela adversus se vibrata sic excussit, ut ostenderet, judicia Dei, utcunque justa, incognita tamen esse, & experientiam communem testari, in hac vita ut plurimum bonis malè, & malis benè esse, ac proin de calamitatibus suis sinistrè amicos judicare: tum *liberatio ex tentatione*, & τέλος Κυρίου, *finis Domini*, seu à Domino calamitatibus ejus impositus, quando & Elihu amicis Jobi & Jobo interveniens animos dissidentes ad re-  
veren-

verentiam Dei componit, & utrisque reprehensis *Jobi.*  
 Jobum à comparatione Majestatis Divinæ cum  
 humana forte humilitatem docet: & Deus ipse,  
 sententiam Elihu confirmans, Jobum primò ad  
 silentium, deinde ad confessionem & resipiscen-  
 tiam, amicos verò ad reconciliationem adducit, de-  
 nique Jobum restituit, eique uberius, quàm ante,  
 benedicit. Scitè de illo S. Cyprianus *Serm. 5. de La-*  
*psis* sic judicat: *Quid Job in operibus promptius, in*  
*tentationibus fortius, in timore submissus, in fide verius?*

IX. Metro illigatum esse librum inde à Cap. *Stylus*  
 III.3. usque ad Cap. XLII.6. docti inter Hebræos *ligatus.*  
 & Christianos ferè, paucis exceptis, consentiunt.  
 Metri tamen quæ ratio sit, incertum est. Hierony-  
 mus Præfat. in Jobum: *À principio voluminis usque*  
*ad verba Job, apud Hebræos prosa oratio est. Porro à*  
*verbis Job, in quibus ait: Pereat dies &c. usque ad*  
*eum locum, ubi ante finem voluminis scriptum est: Ic-*  
*circo ipse me reprehendo &c. hexametri versus sunt,*  
*dactylo spondeoque currentes, & propter linguæ idioma*  
*crebrò accipientes & alios pedes, non earundem Syllaba-*  
*rum, sed eorundem temporum. Interdum rythmus ipse*  
*quoque dulcis & tinnulus fertur, numeris pedum solutis:*  
*quod metrici magis, quàm simplex lector intelliget. De*  
*eodem sic Mercerus Præfat. in Job: Conatus sum*  
*juxta ea, quæ monet Hieronymus, multos versus ad di-*  
*mensionem pedum revocare. Sanè plerosque dimensus*  
*hexametros esse comperi: verùm ubi pro Dactylo &*  
*Spondeo passim alii pedes, juxta linguæ idioma, ut dice-*  
*bat Hieronymus, occurrunt. Multi sunt versus Spondai-*  
*ci, & primus statim, qui desinit הוֹרָה גִבֹר procreatus*  
*est vir. Sed hoc sæpe hic turbat, quòd metra plerunque*  
*à fine versuum (ut ab Hebræis sunt distincti,) incipiunt.*  
*Quod argumento est, eos carminum rationem non intel-*  
*lexisse. Audivi D. Vatablum l. m. rationem intellexisse*  
*versuum omnium Jobi & Psalterii, & quosdam canones*  
*prescribere. Cæterùm licet carminis rationem ex-*  
*plicare nonnulli, Cl. Gomarus imprimis, conati sint,*  
*nihil tamen de ea certi eos attulisse, alii ostendunt.*

X. Qua ætate porro Jobus claruerit, obscurum *Ætas*  
 est, quia in silentio illud Spiritus S. reposuit, & ejus *Jobi.*

Jobi.

dem parentes majorésque dubii sunt. Majmonides *Mor. Nevoch.* par. III. 22. variantes Hebræorum sententias sic recenset: *Quidam illum vixisse temporibus Patriarcharum, alii Mosis, alii Davidis tempore, alii denique ipsum ex ascendentibus à Babylonia fuisse autumant.* Nobis quidem omnino Mose ipso antiquior videtur, tum quia vita ejus ad ducentos annos producta fuit, cum terminus vitæ tempore Mosis contractior fuerit: tum quia ipse tanquam paterfamiliâs sacrificavit, quod sub lege & post eam non licuisset, & licuit ante eam, Patriarcharum more: tum quia legis latæ & miraculorum Dei erga populum Israël nusquam meminit: tum quia nulla vestigia in libro Jobi ætatis Mosaicæ inferioris occurrunt: tum quia Divinarum revelationum frequentia & modus Patriarcharum temporibus magis convenit. Cum tamen in Genesi inter posteros vel Nachoris, vel Abrahami ex Kethura nusquam Jobus recensetur, neque illustris adeò pietate & patientia, addo, & Orientalium maximi viri, si in Isaci vel Jacobi tempora incidisset, mentio in ea præterita esset: calculum nostrum accuratissimis Chronologis hodiernis, Usserio, Broughthono, Bailio subsignamus, qui eum ad Ægyptiacæ servitutis tempora rejicientes, inter Josephum & Mosen collocant.

Anni  
Jobi.

XI. De ætate etiam vitæ Jobi quæsitum est. Constat ex Cap. XLII. 16. vixisse illum post restitutionem in integrum annos centum & quadraginta. At præcedentes anni definiti non sunt. Quia verò eodem capite v. 10. Deus Jobo omnia, quæ habuit, restituta auxisse *קָשַׁתְּ לִי אֵת דְּבָרֵי דִּבְלָאָה*, in *duplum* dicitur, id sicut de bonis, ita de ætate etiam interpretantes Hebræi aliique colligunt, ante restitutionem ipsum dimidium annorum 140. ætatem, adeoque annos 70. atque sic in universum annos 210. vixisse. At duplicatio illa in textu ad solas facultates non etiam ad annos vitæ restringitur. Certè nec liberi duplicati sunt. Caterùm cum initio passionum suarum decem liberorum pater jam extiterit, Cap. I. 2. illique jam adultiores fuerint, uti

ex

ex anniversariis conviviis patet : & passiones ipsæ *Jobi.*  
 per plures haud dubiè annos, quod afflictionum  
 diuturnitas ab Eliphazo ei objecta, Cap. V. 19. & de  
 eadem querelæ ipsius Jobi Cap. VI. 11. 12. VII. 6.  
 XIV. 13. XXI. 2. &c. testantur, extractæ fue-  
 rint; à vero fortè non abluferint, qui ad restitutio-  
 nem usque annos minimùm sexaginta, adeoque in  
 univèrsum annos vitæ minimùm ducentos ei assi-  
 gnaverint.

XII. S. Jacobus Cap. V. 11. Jobi historiam *Partes.*  
 commodè duas in partes tribuit, nimirum ὑπομονὴν  
 τῆς ἰσθμῆς patientiam Jobi, & τέλος κυρίως finem Domini,  
 seu finem patientiæ ejus à Domino impositum.  
 Licèt autem sermones amicorum Jobi, & ipsius  
 Dei seorsim tractari possunt : quia tamen cum al-  
 terutra parte γεννασίῳ affinitatem magnam habent,  
 utrique convenientes amicorum vel ipsius Dei  
 sermones includere, adeoque duabus librum parti-  
 bus, puta Primò patientiæ Jobi, Cap. I--XXXII.  
 Secundò ejusdem catastrophes, Cap. XXXII-f. re-  
 censione abolvere lubet.

I. Historia afflictionum seu tentationum & patientia Jo- I.  
 bi, perpetuis Dialogis contexta. Cap. I--XXXII. Historia  
 Sunt autem in ea Dialogi potissimùm tres. patienti-  
 tiæ.

1. Dialogus I. Deum inter & Sathanam. Ubi post de-  
 scriptam personam & statum Jobi (5.) Sathanas Jobum  
 apud Deum accusat, & sese Deo ad tentandum illum  
 offert, (11.) Deus autem tentationem decernit, (12.)  
 Sathana Jobum amissis facultatibus & liberis nufere  
 exercente, (19.) Jobo verò ea calamitate presso in pie-  
 tate manente, se ipsum consolante & Deo benedicente,  
 (22.) cap. 1. Cap. 1.
2. Dialogus II. Jobum inter & uxorem. Ubi 2.  
 a. Jobo in proprio corpore afflicto, (8.) uxor illudit,  
 (10.) & amici ipsum invisentes mœrorem suum te-  
 stantur, (13.) cap. 2.
- b. Eventus tentationis describitur, Jobo diei nativita- 3.  
 tis suæ imprecante, (8.) mortem ut bonam laudan-  
 te, vitam ut malam vituperante, (22.) multumque de  
 pavoribus & perturbatione vitæ suæ quiritante, (26.)  
 cap. 3.
3. Dialogus III. ßque multiplex Jobum inter & amicos, de  
 causis calamitatum Jobo inflictarum, cap. 4--32. Vide  
 a. Eliphazi *התמניתי* Themanitæ [filii Theman, nepotis  
 Elavi

Jobi.

Cap. 4.

Esavi Genes. 36:15.] Dialogum *primum*, cum Jobo, cap. 4. 8. Vide

a. Eliphazi sermonem, quo

N. Jobi in ferenda afflictione infirmitatem corripens, [5.] Deum piorum fiduciam, & eorum, qui vias integras conservant, mercedem esse docet, [11.] & disceptationem cum Deo ob impotentiam hominis dissuadet, [21.] cap. 4.

5.

β. Deum ἀνυπεύθυνον, [1.] & contentionem cum eo noxiam esse asserens, [7.] patientiam & conversionem ad Deum suadet argumentis pluribus, à spe in Dei patientia fundata, [9.] providentia, judicio, bonitate in sanandis vulneribus, avertendis malis, impertiendis bonis. [27.] cap. 5.

β. Jobi responsionem, cap. 6. 7. quâ

6.

N. Expofita magnitudine miseriæ suæ [7.] suâque in doloribus constantia, & voti mortis præcipitati ratione reddita, [14.] amicorum suorum inhumanitatem arguit, [23.] usque sui ritè docendi copiam facit, [30.] cap. 6.

7.

β. Desiderium mortis à statu vitæ hujus mitero, ejusque proprio fine detendit, [6.] peccata sua confitetur, & λύτης pro iis solvendi impotentiam profitetur, [21.] cap. 7.

b. Bildadi הַשּׁוּחַי *Suchitæ*, [oriundi ex familia שׁוּחַי *Suach*, qui unus fuit ex filiis Abrahami natis ex Cethura. in Orientem ablegatis, Genes. 36:2.] Dialogum cum Jobo, cap. 8-11. Vide

8.

a. Bildadi orationem, quâ Dei justitiam erga liberos Jobi, ipsûmque Jobum exercitam, [7.] à testimoniis veterum, [10.] tentationis piorum & impiorum dispare eventu, [19.] tuetur, Jobumque judicii Divini ἐπιεικεία allegata erigit, [22.] cap. 8.

β. Responsionem Jobi, cap. 9. 10. quâlis

9.

N. Dei justitiam & potentiam agnoscens, [13.] & à se voluntatem contradicendi Deo removens, [21.] Dei inter pios & impios judicium asserit, [35.] cap. 9.

10.

β. Quereiam suam renovans, [1.] à Deo petit, ne pro jure suo ipsum condemnet, causamque indignationis suæ adversus ipsum indicet, [2.] quam petitionem argumentis pluribus confirmans, [19.] pœnæ mitigationem ante mortem petit, [22.] cap. 10.

e. Tzopharis הַנַּעֲמָתַי *Naamathitæ* [ex *Naamath* urbe Arabica oriundi] Dialogum cum Jobo, cap. 11-15. Vide

11.

a. Tzopharis orationem, quâ is Jobum ob multiloquium & fastum objurgans, [4.] ei judicia Dei incomprehensibilia ad animum revocat, [12.] & pœ-

pœnitentiam eidem precésque commendans, *Jobi.*  
ejusdem fructus uberrimos promittit, (20.)  
*cap. 11.*

β. *Jobi* responsum, quo

α. Accusato amicorum fastu, & communi sorte  
fidelium in mundo exposita (6.) adversariorum  
præsumptioni suam de rebus Divinis, sapientia,  
potentia, Majestate, judiciis notitiam opponit,  
(25.) *cap. 12.* Cap. 12.

β. Amicos studii partium & vanitatis accusans,  
(5.) & præsumptionem eorum Deo patrocian-  
di redarguens, (12.) à se verò temeritatis suspi-  
cionem removens, (14.) suam in Deo fiduciam  
testatur, æquùmque judicium postulat, (28.)  
*cap. 13.* 13.

γ. Vanitatem brevis & irrevocabilis vitæ deplo-  
rans, (5.) illatas sibi calamitates mitigari, vel  
prorsus à se tolli expetit, (22.) *cap. 14.* 14.

d. Eliphazi Dialogum cum *Jobo* *secundum*, cap. 15-18.  
Vide

α. Eliphazi orationem, quâ *Jobum* profligati timo-  
ris Dei, superbiæ, & contemptus consolationum  
Dei arguens, (13.) eundem ad humilitatem, ob  
impuritatem propriam revocat, (16.) & mala in-  
teritumque impiorum exaggerat, (35.) *cap. 15.* 15.

β. *Jobi* responsum, quo

α. Amicorum inhumanitatem redarguens, (5.)  
*παρρησιαν*, & integritatem suam variè tuetur,  
(17.) & ad Deum justum judicem, testemque pro-  
vocat, (22.) *cap. 16.* 16.

β. Amicos illudores, (4.) assentatores, (5.) obtre-  
ctatores (7.) increpans, ad judicium piorum pro-  
vocat, (10) & miseriam suam ob oculos sta-  
tuens, ad mortem suspirat, (16.) *cap. 17.* 17.

e. Bildadi Dialogum *secundum* cum *Jobo*, cap. 18-20.  
Vide

α. Bildadi orationem, qui *Jobo* denuò arrogantiam  
objiciens, (4.) piorum & impiorum mala compa-  
rat, & hæc exaggerat, (21.) *cap. 18.* 18.

β. *Jobi* responsum, quiritantis de inhumanitate ami-  
corum, [4.] Bildadi orationem, eò quòd mala, quæ  
impiis ille tribuit, etiam sibi obvenerint, refellen-  
tis, [20.] amicorum misericordiam implorantis,  
[22.] suamque in Goële & resurrectione ex mor-  
tuis fiduciam magno animo testificantis, [27.] de-  
nique amicis persecutionem sui, saltem pœnæ me-  
tu, dissuadentis, [29.] *cap. 19.* 19.

f. Tzopharis Dialogum *secundum* cum *Jobo*, cap. 20.  
21. Vide

α. Tzopharis orationem, quâ miseriam impiorum &  
hypocritarum asserit, [8.] pluribusque argumentis  
confirmat, [29.] *cap. 20.* 20.

Jobi.  
Cap. 21.

- β. Jobi responsum, quo captata amicorum benevolentia, (6.) impiorum in fructu bonorum hujus Seculi felicitatem explicans, (13.) eorundem improbitatem detestatur, (16.) in pœnis effugiendis felicitatem miratur, (18.) non obstante liberorum pœnâ, judicio Dei adversus cellos, interitu tabernaculorum improborum, (23.) unde vanitatem consolationum amici arguit, (34.) cap. 21.
- g. Eliphazi Dialogum cum Jobo tertium cap. 22-25. Vide
22. α. Eliphazi orationem, quâ Jobum ad Dei judicium provocantem redarguens, (4.) calamitates ejus peccatis ejus acceptas fert, (20.) & solati causa eidem submissionem fidem, studium circa verbum Dei &c. commendat, (25) & bonum multiplex promittit, (30) cap. 22.
- β. Jobi responsum, quo
23. Ν. Questus de adversarii verba sua detorquentis injuria, Deum judicem fidenter appellat, (7.) de Deo se ipsum occultante, suâque anxietate conquestus, innocentiam suam contra Eliphazum vindicat, (17.) cap. 23.
24. ζ. Judiciorum Dei obscuritatem & ἀκαταληΐαν in peccatis tum publicis & uñitatis, (12.) tum clandestinis permittendis asserit, (24.) & sermones suos vindicat, (25) cap. 24.
- h. Bildadi Dialogum tertium cum Jobo, cap. 25-32. Vide
25. α. Bildadi orationem, quâ is Jobum ad Dei judicium provocantem arguit, tum ob Dei Majestatem, (3.) tum ob injustitiam hominis, (6.) cap. 25.
- β. Jobi responsum, quo is
26. Ν. Rejctis ironicè omnibus sermonibus Bildadi, utpote ad consolandum ineptis, (4.) voluntatis Divinæ efficaciam, (13.) tremendamque ejus Majestatem amplificat, (14.) cap. 26.
27. ζ. Sinceritatis suæ testem Deum adhibet, (6.) & vanitatem spei hypocritarum detegit, (22.) cap. 27.
28. ζ. Sapientiam Dei imperscrutabilem exponens, (27.) Sapientiam hominis in timore Dei consistere docet, (28.) cap. 28.
29. γ. Ad pristinam felicitatem suam aspirans, (3.) eandem, qualis olim fuit, tanquam testem Divinæ benevolentiae fusè explicat, (25.) cap. 29.
30. γ. Cum pristina gloria sua præfens judicium de se hominum pessimorum comparans, (15.) ærumnâ à Deo etiam post supplicationem inflictâ, (22.) invidiæ & malevolentiae suspicionem amolitur, (31.) cap. 30.
31. δ. Se ipsum purgat à variis criminibus, puta concupis-

cupiscentiæ & libidinis, sive in virginem sive in conjugem admiffæ, (12.) superbiæ & iniquitatis contra fervos, (15.) tenues, (20.) impotentes, (23.) nec non fiducia in opibus, (25.) idolatriæ, (28.) odii erga proximum, (32.) hypocrifeos, (34.) denique injustitiæ cujusvis, (40.) cap. 31.

Jobi.

## II. Tentationum &amp; patientiæ Jobi lata catastrophæ.

Cap. XXXII--f. Constat hæc pars Dialogis reliquis duobus, quarto & quinto. Vide

II.  
Exitus  
patientie.

1. Dialogum IV. Elihu (בן ברכאל הבווי) filii Barachel Buzitæ, ex familia Ram, adeoque ex Buzo filio Nachoris, fratre Uzi, Genes. 22:21. oriundi, Jobique proin consanguinei) cum Jobo, quo continetur controversiæ, quæ Jobo cum amicis intercessit, decisio humana, cap. 32--38. Vide

a. Introductionem sermonis Elihu, qui silentio Jobi & amicorum, velut occasione usus, & tum Jobi se ipsum justificantis, tum amicorum ipsi insultantium fastu offensus, (5.) silentium rumpit, & gratiam sibi juveni loquendi fieri expetens, (10.) sententiam sine partium studio ullo se prolaturum promittit, (22.) cap. 33.

Cap. 33.

b. Sententiam Elihu definitivam, quâ is

α. obo ad attentionem excitato, (7.) negat, fas ipsi fuisse dicere, quod Deus se innocentem, seu hostem tractaverit, (12.) docens genuinam afflictionum causam esse, ut homo verbi Dei negligens peccare desinat, (22.) & indicato sibi uno ex millibus confidens liberetur ex fovea, exaudiatque orans, (26.) Deique bonitatem prædicet, (33.) cap. 34.

33.

β. Captata denuo attentione, [4.] Jobum edocet, quod male statuerit, Deum sibi pio & justo iudicium negare, nilque pietatem prodesse, [9] cum tamen Deus sit justissimus, [12.] id quod ex beneficiis ejus, creatione & conservatione omnium, [15.] pœnis malorum, [17.] dominio Regio, [18.] æquabilitate, quam inter homines servat, [23.] quam probat tum ex indifferentia iudiciorum ejus in bonos & malos, [25.] tum ex iudiciorum æquitate [37.] arguit, cap. 34.

34.

γ. Justitiam Dei castigantis tuetur tum contra objectionem, quod Deo non proficit, [8] tum ea ratione, quod afflictorum preces non raro defectibus laborent, [13.] & spe necessaria destituantur, [16.] cap. 35.

35.

δ. Jobum docet, Deum retribuere post explorationem iis, qui castigati obediunt; [15.] Jobi iudicium, seu prosperitatem in præmium pietatis, & mortem prævita expetentis vota examinat, [23.] deni-

36.

Jobi.

Cap. 37.

denique opera providentiæ Divinæ commendat, [33.] cap. 36.

1. Opera Providentiæ Divinæ varia explicans, [13.] Jobum ad eorum admirationem potius, quam judiciorum Dei objurgationem revocat, [24.] cap. 37.
2. Dialogum V. ipsius Dei, Jobum ἀμέσως influentis, & litem Divinitus dirimentis, cap. 38--f. Vide
  - a. Sermonem Dei priorem ad Jobum ex turbine procedentem, cap. 38-39:1-33. quo Deus
    - α. Jobum increpans, & velut in aciem provocans, [3.] eundem ad agnoscendam gloriam Majestatis suæ invitat, intuitu tum operum creationis & gubernationis universæ, [33] tum infirmitatis, potentiæ & potestatis in homine, [35.] tum immensæ sapientiæ & providentiæ Dei, [38.] quam in specie exercet in animantibus, leone & corvo, [41.] cap. 38.
    - β. Exempla ejusdem Providentiæ suæ diducit in rupicapra, cerva, [4.] onagro, [8.] monocerote, [12.] pavone, ciconia, struthicamelo, equo, accipitre, aquila. [30.] Unde Jobum Domino obloquentem coercet, & ad respondendum invitat, [32.] cap. 39:1-32.
    - b. Jobi responsionem, quâ sibi vilitatem, Deo gloriam omnem & victoriam cedit, [32-f.] cap. 39:32-f.
    - c. Dei sermonem posteriorem ex turbine, cap 40.41. quo is
      - α. Judicium & justitiam suam contra Jobi accusationem vindicans, [3.] judicii sui ad salutem hominis potentiam demonstrat, tum per antithesin humanæ infirmitatis in subjiciendis sibi hostibus, [9.] tum per exempla potentiæ suæ in subjiciendo Behemoth seu Elephanto, [19.] & Leviathane seu balæna, [28.] cap. 40.
      - β. Judicii sui justitiam ulteriùs demonstrat, tum ab eo, quòd nulli debitor est, & omnia ipsius sunt, [2.] tum ab eo, quòd ferociæ creaturarum limites figit, quod iterum probat exemplo Balænæ, cujus terribilitatem in toto corpore, spiritu, robore partium & motu exaggerans, [16] cum humana debilitate eandem comparat, [25.] cap. 41.
  - d. Jobi responsionem, quâ is Majestatem Dei & suam ignorantiam confessus, se docendum Deo tradit, & suam respicientiam profitetur, [6.] cap. 42:1-7.
  - e. Dei sermonem ad amicos Jobi, quo tum reprehendit illos tanquam perversè locutos, tum illis medium reconciliationis, sacrificium apud Jobum offerendum, & ejusdem intercessionem, præit. [7-10.] cap. 42:7-10.
3. Restitutionem Jobi, cui pro amicis suis oranti Deus bene-

benedixit multis modis, restituito auctario dupli eorum, *Jobi.*  
 quæ ante possidebat, [10-f.] cap. 42.

## TABULA SYNOPTICA JOBI.

Partes libri sunt:

- I. Historia patientiæ Jobi. Cap. I.-XXXII. ubi
  1. Dialogus I. Deum inter & Sathanam, c. 1.
  2. Dialogus II.
    - a. Inter Jobum & Uxorem, c. 2.
    - b. Ejus eventus, impatientia Jobi, c. 3.
  3. Dialogus III. inter amicos & Jobum, c. 4-32.
 

puta

    - a. Eliphazum & Jobum, c. 4-8. ubi
      - α. Eliphazi oratio, & in ea
      - κ. Correptio Jobi, c. 4.
      - γ. Impatientiæ dissuasio, c. 5.
    - β. Jobi responsio, qua is
      - κ. Culpam amolitur, c. 6.
      - γ. De vitæ miseria queritur, c. 7.
    - b. Bildadum & Jobum, c. 8-11. ubi
      - α. Bildad judicium Dei tuetur, c. 8.
      - β. Jobus
        - κ. Justum Dei judicium agnoscit, c. 9.
        - γ. Illud deprecatur, & miseriam suam deplorat, c. 9.
    - c. Zopharem & Jobum, c. 11-15. ubi
      - α. Zopbar Jobo pœnitentiam suadet, c. 11.
      - β. Jobus
        - κ. Suam de Deo sententiam promit, c. 12.
        - γ. Fiduciam in Deo testatur, c. 13.
        - γ. Vanitatem vitæ deplorat, c. 14.
    - d. Eliphazum & Jobum, c. 15-18. ubi
      - α. Eliphaz Jobum variè increpat, c. 15.
      - β. Jobus
        - κ. Libertatem suam loquendi tuetur, c. 16.
        - γ. Amicos suos illusores accusat, c. 17.
    - e. Bildadum & Jobum, c. 18-20. ubi
      - α. Bildad Jobum increpans, impiorum mala exaggerat, c. 18.
      - β. Job fiduciam in Goële testatur, c. 19.
    - f. Zo-

- f. Zopharem & Jobum, c. 20-22. ubi  
 α. Zophar de calamitatibus hypocritarum dis-  
 serit, c. 20.  
 β. Jobus vitam impiorum γλυκύπικρον descri-  
 bit, c. 21.
- g. Eliphazum & Jobum, c. 22-25. ubi  
 α. Eliphazus peccata Jobo exprobrans, con-  
 versionem suadet, c. 22.  
 β. Jobus  
 α. Deum judicem implorat, c. 23.  
 β. De judiciorum Dei obscuritate queritur,  
 c. 24.
- h. Bildadum & Jobum, c. 25-32. ubi  
 α. Bildad Jobum Deum judicem appellentem  
 arguit, c. 25.  
 β. Jobus  
 α. Dei omnipotentiam & majestatem am-  
 plificat, c. 26.  
 β. Deo teste adversarios convincit, & à  
 peccatis debortatur, c. 27.  
 γ. Veram sapientiam edisserit, c. 28.  
 δ. Felicitatem pristinam explicat, c. 29.  
 ε. Præsentem statum deplorat, c. 30.  
 ζ. Innocentiam suam tuetur variè, c. 31.
- II. Patientiæ finis lætus, Cap. XXXII-f. ubi est
- i. Dialogus IV. Elibu, c. 32-38. & in eo  
 a. Introductio sermonis, c. 32.  
 b. Sententia ejusdem, c. 33-38. ubi  
 α. Jobo negat, quòd rectè dixerit, Deum se pro  
 hoste tractasse, c. 33.  
 β. Eidem negat, quòd rectè dixerit, Deum sibi  
 justo deesse, c. 34.  
 γ. Castigationem piorum defendit, c. 35.  
 δ. Deum piis exploratis retribuere docet, &  
 Jobi vota examinat, c. 36.  
 ε. Jobum ad operum providentiæ divinæ con-  
 templationem excitat, c. 37.
2. Dialogus V. Dei ipsius, c. 38-42. ubi est  
 a. Sermo Dei prior ad Jobum ex turbine, quo  
 α. Jobo suam Majestatem ex operibus crea-  
 tionis

tionis & gubernationis explicat, c. 38. *Jobi.*

- a. *Opera providentia sua continuatis exemplis demonstrat, c. 39:1-31.*
- b. *Jobi responsio, Deo gloriam cedentis, c. 39:32-f.*
- c. *Sermo Dei posterior ex turbine, quo*  
 a. *Judicium, justitiam, & potentiam suam vindicat, c. 40.*  
 b. *Judicii sui justitiam ulterius demonstrat, c. 41.*
- d. *Jobi responsio, qua se Deo docendum prabet, c. 42:1-7.*
- e. *Restitutio Jobi, c. 42:7-f.*

*Interpretes Jobi.*

S. PATRES. Ambrosius, Beda, Catena Græca, Didymus, Gregorius, Hilarius, Hieronymus, Origenes, Phil. Presbyter. Olympiadori Catena.

REFORMATI. Beza, Borrhaus, Calvinus, Coccejus, Drusius, Duportus, Junius, Lavaterus, Marlcoratus, Mercerus, Merlinus, Oecolampadius, Scultetus, Spanhemius, Strigelius, Hottingerus, Antonides, Hoek, Stifferus. *Angli*, Abbotus, Caryl, Humfredus, Jakson, Senaultus, D'Eispagne, Blakmore, Leigh, Lightfoot.

AUGUSTANI. Brentius, Bugenhagius, Schmidius, Ursinus, Kortius.

PONTIFICII. Aquinas, Boulducus, Cadurcus, Corderius, Crommius, Ferus, Fevardentius, Malvenda, Pineda, Rupertus, Sanctius, Steuchus, Soto-Major, Stunica, Vavassor, S. Thomas, Mercerus, Titelmannus.

HEBRÆI. *משפט אהב* R. Simeon Duran, *אצב* R. Isac Sacerdotis Fil. R. Solom Sacerdotis, *ארוח עול* R. Abraham Perizol, *קרוקת מרוק* R. Moise Alfscheich, *מאיר אוב*, *משפט צדק* R. Obadia Saferno, *פרוש אצב* R. Isac ben Aroma, Rabbi Levi filius Gerson.

ADDANTUR Interpretes Librorum V. Test. cap. I.

## CAPUT XXXVII.

DE

## Psalms Davidis.

BREVARIUM.

Inscriptio. *אילת ספר פאלמוי. פאלתהיון. I.*  
*Scri-*

Psalm.

Scriptores diversi, præcipuus tamen David. Quinque authores alii. Psalmi  $\eta\delta\alpha\lambda$  an ab Asapho scripti? Jeduthun, Kore, Asir. Eleana, Abiasaph cur Psalmis quibusdam præfigantur? Psalmi  $\alpha\upsilon\tau\eta\gamma\epsilon\gamma\alpha\Phi\omicron\iota$ . 2. Psalmi elegantissimum in toto mundo scriptum sunt. Eorum argumentum. 3. Encomia libri S. Basili, Athanasii, Augustini, Calvini verbis texuntur. 4. Discrimen reliquas inter Scripturas & Psalmos multiplex exponitur. 5. David suavis cantilenis Israëlitis merito dictus. Gentium hymnographi cum illo ne comparari quidem possunt. 6. Psalmi metro illigati sunt. Incertum tamen ejus genus est. Merceri & Gomari conatus illud eruendi, à Capello oppugnatus est. Riveti  $\epsilon\pi\iota\kappa\epsilon\iota\sigma\iota\varsigma$ . 7. Musica & modus canendi veterum. Nomina in Psalmis Musicam concernentia ex Gattakero explicata.  $\eta\chi\iota\lambda\omicron\tau$  שירים. נחילות שירים. מוזמור. מוזמרים. שושנים. נגינות. 8. Personæ, quibus commisi sunt Psalmi. 9. Psalmi dignitatis ratione divisi.  $\mu\epsilon\tau\alpha$  מעלות מכתם. 10. Distributio Psalmorum juxta Hebræos in quinque partes, Hieronymo, aliisque displicens. Divisio Athanasii ex argumento, nec non aliorum, ex inscriptionibus & Musica desumpta. 11. Ordo Psalmorum nonnihil post Psalm. X. in Græco & Latino turbatus. Psalmorum singulorum argumenta. Tabula Synoptica libri, & Interpretes veteres, Reformati, Augustani, Pontificii, Hebræi. 12.

Inscri-  
ptio.

I. **I**nscribitur liber hic  $\sigma\phi\epsilon\rho\ \beta\iota\beta\lambda\omicron\varsigma\ \psi\alpha\lambda\mu\omicron\nu$  (Luc. 20:42. Act. 1:20.) Liber Psalmorum, hymnorum, laudum, à parte scilicet potiori, quòd plerique sint  $\epsilon\pi\alpha\iota\upsilon\epsilon\tau\iota\kappa\omicron\iota$ . Nam ab  $\eta\lambda\lambda$  Laudare, celebrare, descendit. Pro  $\eta\lambda\lambda$  Rabbini contràtè vocant  $\eta\lambda\lambda$ . Græcè etiam  $\psi\alpha\lambda\mu\epsilon\varsigma$  &  $\psi\alpha\lambda\tau\eta\gamma\iota\omicron\iota$  vocant, à  $\psi\alpha\lambda\lambda\omicron$  tango, vel leni motu percutio, unde

de *ψαλτηρίου* instrumentum, quo psallitur, cujus *ψαλμός* Psalmus dicebatur: percussi sonus propriè *ψαλμός* Psalmus dicebatur: quòdque idem cum Nablo facit Suidas: Athenæus verò *Dipnosoph.* Lib. V. 25. ab Alexandro Cytherio fidibus completum, & sic perfectum, omnibusque numeris absolutum fuisse scribit. Ratio autem impositi nominis ex praxi Ecclesiæ Judaicæ petita putatur. Canebant nempe cantiones, in Synagogis præcipuè, atque etiam domi privatim, ad pullum citharæ vel nabli.

II. Scriptores Psalmorum diversi sunt haud dubiè, licet ab uno Davide conscriptos esse omnes, S. Augustinus de Civ. D. Lib. VII. 14. & Euthymius Monachus Zigabenus, Præfatione in Psalmos, & ex Hebræis R. Aben-Esra, aliique statuerint. Præcipuus tamen haud dubiè est Rex & Propheta David, ille *לְדָוִד מְנוּחֵי* *suavis cantilenis Israël*, 2. Sam. XXIII. 1. quia non tantum *πρῶτος λαβὼν τὸ πνεῦμα τῷ ἁγίῳ παρὰ τοῦ Θεοῦ, πρῶτος τε συνέθηκε ἢ ἔγραψε ψαλμοὺς: Primus psallendi Spiritum à Deo accepit, primusque psalmos scripsit & composuit*, uti loquitur Athanasius in Synopsi: sed etiam maximam eorum partem composuit, partim in exilio, fugiens Saulem & filium Absolonem: partim etiam domi, tranquillius & quietus. Unde *Psalmi Davidis* vocantur. Præter Davidem quinque memorantur Authores, puta *Moses* Psal. 90. *Solomon* Psal. 127. *Heman* Ezrachita (nepos fortè Samuelis 1. Chron. 25: 1. & 2. Chron. 6: 19.) Psal. 88. *Ethan* Ezrachites Psal. 89. & *Asaph* (Propheta, 1. Chron. 25: 2.) Psal. 50. 73. usque ad 84. Quanquam de *Asaphi* hujus Psalmis, iis imprimis, qui inscribuntur *אֲסָפִי* *Asapho*, ambigunt nonnulli, ab *Asaphone* conscripti, an eidem ejusve posteris commissi fuerint. Sed cum etiam *Psalmi Davidis* aliqui inscribantur *דָּוִד* *Davidi*, aut *Davidis*; & *Psalmi* 96. 105. & 106. *in manu Asaphi* traditi dicantur, neque tamen *אֲסָפִי* *Asaphi* inscribantur, probabile est, phrasin hanc Authorem designare. Nomina verò *Jeduthun* & filiorum trium *Koreb*, *Afir*, *Eleana* & *Abiasaph* quibusdam Psalmis

• *Psalms.* præfiguntur, non quòd ab iis compositi sint, sed quia illis, ut canerentur, commissi sunt. Sunt præterea Psalmi numero viginti quinque ἀντιγράφοι, in inscriptione authoris & titulo destituti; quos plerosque à Davide etiam compositos esse, uti nulli dubitamus, ita de scriptoribus illorum curiosius haud inquirimus, cum Gregorio M. de lib. *Jobi* sic judicantes: *Cum rem cognoscimus, qui scriptorem quaerimus, quid aliud agimus, nisi legentes literas de calamo satagimus?* Neque cum Hieronymo *Proem. in Malach.* ausimus dicere: *Qui Psalmi titulos non habent, eorum esse dicimus, quorum priores Psalmi nominibus prænotati sunt.*

Argu-  
men-  
tum.

III. Continet autem hoc opus planè Divinum, varium, mirè elegans, jucundum, utile & eruditum, & quod elegantissimum Scriptum in toto mundo scitè quondam Melanchthon insignivit, cantiones varias, quæ in Ecclesia veteri ferè usque ad tempora funesta Antiochi conscriptæ sunt: quæque sunt velut Epitome quædam totius Veteris Testamenti, speculum gratiæ Dei, & absoluta hominis totius anatome; quâ omnis generis documenta de Deo, ejus natura, voluntate & cultu: de promissionibus & operibus ejus gratiosis erga fideles: de fide nostra in promissiones Dei, obsequio, infirmitatibus, patientia, constantia, & in adversis liberatione gloriosa: de tota vita nostra erga Deum, & fide illius erga nos in Christo: elegantissimæ imprimis de Christo & Regno ejus Prophetiæ, ad consolationem & confirmationem Ecclesiæ pertinentes, habentur.

Enco-  
mia.

IV. In encomiis libri hujus, & decantanda ejus utilitate vix pii sibi satisfacere possunt. Paucis multa complectens Lutherus hunc πάντηρον σύλλαβον vocare *parva Biblia* solitus est. S. Basilius *homil. in Psal. 1.* sic inter alia: *Alia nos ipsi Propheta erudiunt: Historiæ perdocent alia: alia item instruit lex.* Rursus *alia commonenda Ecclesiæ species ex opere Proverbiorum eruitur.* Ἡ δὲ τῶν ψαλμῶν Βιβλίον τὸ ἐκ πάντων ὠφελιμὸν περιείληψ. Προφητεύει τὰ μίλλοντα, ἰστορίας ὑπομνήσκει, νομοθετῶ τῶ βίῳ, ὑπετίθει τὰ πρακτικά,

καὶ ἑκαξάπλως κοινὸν ταμιεῖον ἐστὶν ἀγαθῶν διδαγμάτων, τὸ ἐκάστῳ πρόσφορον κατὰ τὴν ἐπιμέλειαν ἐξευρίσκεισα.

*At hic unus Psalmorum liber quidvis ex omnibus, futura certissimis præcinit oraculis: historicam continet narrationem: leges sancit vitæ sanctius instituendæ, cuique agenda præscribit & submonet. Utque semel omnia expediam, liber hic bonæ omnis doctrinæ uberrimum quoddam est & commune promptuarium, sua unius provida ac solerti cura veluti comminiscens & excogitans, quod cujusque nostrum saluti maximopere conducatur.*

S. Athanasius Epistolâ ad Marcellinum scriptâ mirificè Psalmos commendans, inter alia monet, nos, cum alijs Scripturas legimus, aliena imitari: at cum Psalmos (exceptis vaticiniis de Christo) legimus, tanquam ἰδίαις λόγῃς, nostras orationes & affectiones legere. In Psalmis hoc est, inquit, παραδόξον. Ὁ λέγων τὰ ἄλλα, ὡς ἴδια ῥήματα λαλῶν ἐστὶ.

*Qui alia loquitur, velut propria verba loquitur. Cum igitur David dicit: Spero in te Domine: credidi & locutus sum, &c. fidelis quisque hoc velut ex animo suo dicit. Quæ est illa specialis fides à Pontificiis proscripta. Idem pag. 960. ex ore senis cujusdam isthæc recitat: Ἡ Βίβλος τῶν Ψαλμῶν, τὰ τε πάντων, ὡς παράδεισος ἐν ἑαυτῇ προφυτευόμενα φέρουσα μελωδίαν, καὶ τὰ ἴδια (δὲ) πάλιν ἐπ' αὐτῶν ψάλλουσα, δείκνυσιν.*

*Psalmorum volumen, veluti Paradisus, in quo sunt omnia genera lignorum plantata, modulando sua quedam propria inter cantandum ostendit. S. Augustinus tutelam puerorum, ornamentum juventutis & senectæ solatium, registrum & summarium totius pagine Theologicæ vocat. Etiam ἀνατομὴν anatomen omnium animæ partium Psalmos non immeritò Calvinus Præfat. in Psalmos vocavit, eò quòd nullum affectum in se quisque reperiat, cujus in hoc speculo imago non eluceat. Omnes enim hic dolores, tristitias, metus, dubitationes, spes, curas, anxietates, turbulentos denique motus, quibus jactari humanæ mentes solent, hîc Spiritus S. ad vivum repræsentavit. Non immeritò igitur hunc Psalmorum usum Celeb. Heydanus in doctissimis de Origine erroris libris, pag. 489. his verbis decantavit: Quanta verò,*

*Psalm.* *putas, est illa voluptas, se ipsum hinc inde in sacra pagina invenire posse, ut vix Psalmus occurrat, & in manus & oculos veniat, qui non prote factus videatur?*

Discrimen  
Psalmorum &  
Scripturæ reli-  
quæ.

V. Unde etiam discrimen reliquas inter Scripturas & Psalmos observari non simplex solet. Reliqua Scriptura continet, quæ Deus mandata servis suis injunxit ad nos perferenda. Hic Prophetæ ipsi cum Deo loquentes, quia interiores omnes sensus retegunt, quemque nostrum vocant aut trahunt ad proprium sui examen: ut absterfa hypocritica tabe & labe, animum Deo exponamus. Reliquæ Scripturæ in cognitione veri Dei ac pietatis studio nos informant, quò ad communicationem gratiæ cœlestis inducamur. At Psalmorum usus, si ex fidei corde proficiscatur, sic comparatus est, ut per eum fidelis animus in conspectum Dei subvehatur, & illic fidei suæ, spei, dilectionisque affectus ubertim effundat, nec jam de Deo tantum vel audiat vel loquatur: sed cum Deo loquens, secreta sua illi communicet. Et ad hanc rem Spiritus S. verba singulis quantumvis variis piæ mentis affectibus pulchrè convenientia suggerit, quibus quod ex cordis abundantia coram Deo effundere gestimus, admirabili quadam ebullientis in nobis Spiritus scaturigine depromamus. De reliquis Scripturis in genere prædicat Apostolus Rom. XV. 4. quòd ad nostram doctrinam scriptæ sint, ut per patientiam & consolationem Scripturarum spem habeamus. At Psalmi singulari quodam Spiritus S. consilio sic compositi sunt, ut quod aliæ Scripturæ narrationibus, præceptis, oraculis & promissis hinc inde sparsis legenti proponunt, ipsi selectis, & in hunc usum suavi modulatione concinnatis verbis, menti & ori piorum omnium jucundissimè instillent, ac quasi viva & spirantia reddant. Neque sunt tam variæ piorum tentationes, neque tam differentes pietatis affectus, quin convenientissimam in Psalmis vel medicinam fortiantur, vel formulam, quâ evidentè exprimantur, inveniant. Præterea formulæ istæ ad colloquendum communicandumque cum Deo per Spiritum S. præceptæ,

non

non simplici eloquio, sed cantico, hoc est, cum ex-<sup>Psalms</sup>ultatione cordis & voce tripudiante exercentur. Eadem quidem verborum, quocunque modo proferantur, sententia est. Multum tamen, quo spiritu, & quibus coram Deo affectibus effundantur, refert. Canere certè lætantium est. Tot tamen tantæque sunt tribulationes piorum, ut Psalmi etiam Davidis affectibus luctui magis quàm lætitiæ convenientibus referti sint. Dum ergo coram Deo piâ ac verâ cordis lætitiâ canunt & psallunt, necesse est, ut vel è tribulationibus beneficio Dei erepti, vel in medio afflictionum sensu Divinæ bonitatis efficacissimè tacti, in canticum lætitiæ resolvantur. Denique habent Psalmi etiam hoc discriminis à reliquis Scripturis, quòd cum illæ à carnalibus etiam hominibus legi & recitari queant, isti nisi à spiritualibus, ac variis tribulationibus exercitatis, usurpari nequeant.

VI. Meritò planè David vir *Suavis cantilenis* David  
*Israëlis* cluet. Nullus enim ante Davidem hoc do-<sup>suavis</sup>num accepit, ut tot & tam suaves, dictione elegan-<sup>cantile-</sup>tes odas, omnem pietatis doctrinam, & inprimis  
Regnum Christi ob oculos ponentes, ad perpetuum Ecclesiæ usum conscriberet. Ludus & jocus sunt ingeniosissimorum inter gentes carmina, si cum hisce comparentur. Quis est enim, qui quid à Pindaro, Horatio, Callimacho vel Homero, illis inter Hymnographos Aquilis, aptiùs digniùsque vel Deo vel Filiis Dei, aut conscientiæ convenientiùs, aut verbis magis significantibus; aut parabolis ornatiùs, aut *παιθεσι* sincerioribus gravioribusque, aut clarioribus *εικονισμοῖς*, *ἠθοποιαις*, rerùmque gerendarum *ὑποτυπώσεις* quasi vivens, spirans, vigensque proferre possit, quàm sunt omnia in Psalmorum hócce Divino volumine?

VII. Metricos esse Psalmos, seu metri legibus <sup>Oratio-</sup>certis adstrictos, & ad Musicam vocalem & in-<sup>nis ge-</sup>strumentalem, sive simplicem sive symphoniacam<sup>nus.</sup> accommodatos, apud plerosque in confesso est; negantibus paucis, puta Augustino, Steucho *Præfat. in Psalmos*, & Josepho Scaligero in *Animadv. ad*

*Pfalm.* Eusebii Chronicon. pag. 6. Quo autem genere metri scripti sint, ad liquidum hæcenus perducere non potuit. Josephus quidem *Antiq. lib. VII. 10.* ait, Davidem composuisse ὕμνος ποικίλης μέτρης, hymnos vario metri genere, & alios trimetros, pentametros alios fecisse. Hieronymus etiam in Chronicon Eusebii: *Quid Psalterio canorius? quod in morem nostri Flacci, & Græci Pindari, nunc Jambo currit, nunc Alcaico personat, nunc Saphico tumet, nunc semipede ingreditur.* Ex recentioribus rationem metri se explicaturum Mercerus promisit: explicare verò Doctiss. Gomarus in *Lyra Davidis* conatus est, in qua putavit se ad metra Horatiana & similia Psalmos ita exegisse, ut veram Poëseos Hebraicæ rationem iniverit. Contra autem metri leges explicari posse Hebræi negant; & Ludovicus Capellus Animadversio num libello Gomari Lyram Davidis obelo transfigere conatus est; ut inde lector discat, vix ac ne vix de eo inter doctos convenire posse, neque labore difficili & infelici ultra se fatiget. quæ Cl. Riveti *Proleg. in Psalmos Prophet. ἐπιχεισις* est.

Musica  
Psalmorum

VIII. Quod Musicam modumque canendi veterem attinet, jam diu esse, quòd tota ea interierit, Hebræi agnoscunt, neque Christiani negare possunt. Nomina quidem in Psalmis Davidicis occurrentia explicare quidam conati sunt, nominatim Doctiss. Gattakerus in *Cinno, cap. 10.* hunc ferè in modum. Generatim quidem ait, hymnos alios assa voce, alios ad organa Musica decantari solitos. Illos שירים אֲדָס, ἄσματα, cantica, cantilenas (Psal. 7. 26. 46. 78.) hoc verò מזמרים ψαλμοὺς, Psalmos, quales plurimi, dictos. Ex his rursum alios vocibus *pralatis*, sic ut in versiculis singulis decantandis voces præirent, organa sequerentur, unde שיר מזמור *ode* Psalmi nomen Psalmis 30. 65. 67. 68. 75. 87. alios *organis pralatis*, ut hæc præirent, illæ sequerentur, unde שיר מזמור Psalmi *ode* hymnis 48. 66. 83. 88. 108. hæserit, cantatos. Porro organa vel instrumenta Musica, hymnis istis decantandis adhibita, fuisse vel πνευματικὰ *inflatilia* נוהל אֲנַחְלִית *à נוהל perforavit*, Psal. 5. & נוהל Psal. 53. 88. dicta: vel

αργεσινα

κρησιὰ ἐν ἰνδαφῆται *pulsatilia*, quæ aut bacillis ple- *Psalm.*  
 trisque cœdebantur, aut manibus digitisque attre-  
 ctabantur, נגינות à נגן *pulsavit*, dicta: quibus ac-  
 censenda sunt ששניו *hexachorda*, Psal. 45. 60. 80.  
 Speciatim verò modulationis rationem designari  
 vel quoad *ordinem* canendi per vices, alternatim,  
 quò referendum illud לנגות Psal. 88. ex Exod. 15:  
 21. vel quoad *tonos*, eòsque vel singulos, ad *acutum*  
 עלמות *voces virgineas* Psal. 46. ad *gravem* שמינית *pin-*  
*guem, bassum* Psal. 6. 12. ad *medianum*, sive contra *teno-*  
*rem* לבו על טות Psal. 9. vel quoad *omnes* junctim.  
 quò pertineat שניו *ode erratica*, hoc est, mixta,  
 multiplex cantu, quæ omnibus Musicæ rationibus  
 decantetur. quod Cicero *Synodiam* voce Græca  
 dixit, Psal. 7. Sed quicquid de nominum illorum  
 significatione fiat, certum est, ipsam Musicæ veteris  
 rationem incognitam esse, ac proin nostrum jam  
 esse, operam potissimum dare, ut spiritualis sit  
 Musica & Melodia nostra, cujus olim typica erat  
 melodia instrumentalis Veteris Testamenti.

IX. Personæ, quibus commissi sunt Psalmi, vel *Personæ*  
 generatim designantur voce למנצח *Prefecto, Sym-* *quibus*  
*phoniae Magistro*, voce desumpta ex 2. Paralipom. II.  
 2. & XXXIV. 13. ubi מנצח *sunt ierodiάρχαι* *com-*  
 sive præfecti operis, à נצח *operi instare, curare ut opus* *missi.*  
*diligenter fiat*: vel speciatim Jeduthunis choro Psal.  
 39. 62. 77. & Corachi posteris, nec non Asapho,  
 ejusque posteris.

X. Dignitatis etiam ratione alii Psalmi vocan- *Discrimen*  
 tur מכתמי *cantilena aurea*, puta Psalmi 16. 56. *men di-*  
 57. 58. 59. alii מעלות *graduum, ascensionum, sive* *gnitatis.*  
*excellentiarum*, qui numero quindecim serie conti-  
 nua à Psal. 120. usque ad 134. dispositi, ita dicti ob  
*excellentiã*, vel *ascensionem* Ecclesiæ per gradus.  
 quanquam alii, Hebræi imprimis, aliter.

XI. Distributus est hic liber à Judæis, ad imita- *Distributio*  
 tionem legis, in Pentateuchum, seu libros quinque, *varis.*  
 quorum primus à Psalmo I. ad 40. secundus à 40.  
 ad 71. tertius à 71. ad 88. quartus ab 88. ad 105.  
 quintus denique ab 105. ad finem usque decurrat.  
 Ex quibus quatuor priores clauduntur vocula וְאָמַר

*Pſalm.* Amen: ultimus non. Unde Epiphanius Pſalterium ἄλλην πέντάτευχον alterum Pentateuchum inſignit. Neque deſunt, qui aſſerant, libro primo res *triftes*: ſecundo *latas*: tertio *triftes*: quarto *latas*: quinto denique & *triftes* & *latas* cani, quòd legenti Pſalmos frivolum meritò videbitur. Ipſa etiam Pſalmorum in quinque libros diſtributio Hieronymo & Hilario, aliisque diſplicuit. Et utilior ſanè eſt, quæ ex materia aut argumento ſumitur, diſtributio. Hanc brevem, ſed perſpicuam recitat Athanaſius Epiſtolâ ad Marcellinum, ubi quosdam ait λεγομένους ἐν διηγήματι, *enarratorios*: quosdam ἐν παραινεſει *admonitorios*: quosdam ἐν προφητείᾳ *Propheticos*: quosdam ἐν ἐυχῇ *precatorios*: quosdam denique ὡς ἐν ἐξομολογήσει, *confessorios*. Non malè etiam ex inſcriptionibus ſic Pſalmos alii diſtribuunt, ut ſint vel תפלות *comprecatorii*. Quales Pſal. 17. 86. 90. 101. vel תשׁת לא *ne perdas*, adeoque *deprecatorii*, quales Pſal. 57. 58. 59. 75. vel ריזכר *ad recordandum*, adeoque ἀπομνημονευτικοὶ *commemorativi*, *commonitorii*, quales Pſalm. 38. 70. alii תודת *testimonium*, ſeu διαμαρτυρητικοὶ *obteſtatorii*, cujuſmodi Pſal. 80. alii תודה *confefſio*, ſeu ἐυχαιρτικοὶ, *gratiarum actiones*, veluti Pſal. 100. alii הללה *laudatio*, ſeu ἐπαινετικοὶ, *laudum præcones*, qualis 145. & qui inſcribuntur הלהללה *laudate Deum*, Pſal. 106. 111. 112. 113. 135. 146. 147. 148. 149. 150. alii תודת *amorum*, ſeu ἐπιθαλάμιοι *amatorii*, qualis Pſal. 45. alii denique לשׁכר *eruditor*, ſeu διδασκαλικοὶ, vel διδασκαλικοὶ *eruditorii*, cujuſmodi plures ſunt, ex quibus Pſal. 60. למלל *ad docendum* dictus. Quibus omnibus Prophetici commixti ſunt. Denique diſtributio alia eſt à cantu ſeu Muſica, quam *Seſt. VIII.* explicavimus.

**Ordo.** XII. Cæterùm cùm ſinguli Pſalmi completa ſint opera, ejuſmodi analyſis, qualem in reliquis libris hæcenus evolutam dedimus, in Pſalmis non obtinet. Neque alio nobis ordine deſungi licet, quàm quem ſeries ipſa & numerus Pſalmorum ſuppeditat. In quo tamen varietas notanda eſt inter Hebraicum, nec non Græcos & Latinos Codices.

ces. Psalmi nempe IX. & X. in Hebraico separati, *Psalm.*  
 in Græco & Latino conjunguntur. Unde numerandi  
 diversitas oborta est à Psalmo X. usque ad  
 Psalmum CXLVII. quem Græci & Latini in  
 duos Psalmos dividunt, nempe 146. qui à v. 1. ad  
 12. se extendit; & 147. à v. 12. ad finem Psalmi,  
 atque ita numerum Psalmorum 150. ipsi quoque  
 implent. Sed missis hisce, paucis nunc singulorum  
 Psalmorum argumenta contracta eruere conabi-  
 mur. Igitur

PSALMO

Psalmo-  
 rum  
 argu-  
 menta.

- |   |               |
|---|---------------|
| I. David contrarium piorum & impiorum fatum, illorum<br>beatitudinem, ejusque consequendæ modum, (3.) horum<br>indolem & interitum, (5.) & beatitudinis ac miseræ<br>causam contrariam (6.) describit.  | 1.            |
| II. David frustraneos conatus hostium Christi contra illum,<br>(8.) Jehovah seu Patris sermonem de Filii sui unctiōne in<br>Regem, (6.) & Uncti sermonem, quo is in voluntate Patris,<br>Regem se facientis, triumphat, (10.) explicat.   | 2.            |
| III. David de hostium suorum multitudine graviter questus,<br>(3.) suamque consolationem & in Deo fiduciam immotam<br>testatus, (7.) precatione & dōxologiā hymnuni claudit, (8.)   | 3.            |
| IV. David exauditionem à Deo petens, (2.) sermonem ad<br>æmulos instituit, (7.) nec non gratiam Dei implorans,<br>in Deo fiduciam testatur. (9.)  | 4.            |
| V. David audientiam humiliter implorans, (14.) contra<br>hostes Ecclesiæ precatur. (13.)  | 5.            |
| VI. David in angustiis suis & iræ Divinæ sensu humilimè<br>ad Deum precatus, (8.) hostibus suis insultat, & de sui ex-<br>auditione fiduciam testatur, (12.) <i>Pœnitentialis I.</i>  | 6.<br>Pœn. I. |
| VII. David tum petit à Deo liberationem ab Adversario<br>gratiosam, (6.) tum precatur contra hostes, ut Deus so-<br>lenni judicio suo in illos animadvertat, & innocentiam<br>suam toti mundo testatam faciat, (10.) tum fiduciam de<br>sui liberatione, & hostium everfione, testatur. (18.) | 7.            |
| VIII. David prædicata Majestæte Jehovah, (2.) eandem var-<br>riè, inducto utroque humiliationis & exaltationis Christi<br>statu, illustrat, (9.) & iteratò prædicat. (10.)  | 8.            |
| IX. David Deum ob victorias celebrat, propriumque affe-<br>ctum declarans, (11.) tum Ecclesiam & populum Dei co-<br>hortatur, ut & ipsa Deum, tantarum victoriarum autho-<br>rem celebret, (13.) tum Deum pro se contra hostes<br>Ecclesiæ sollicitat. (21.)                                  | 9.            |
| X. Ecceſſa Dei, gravi jugo pressa, de Divini contra impro-<br>bum auxilii dilatione quæſta. (11.) Deum precatur, ut manu<br>sua elevata opem ferat contra improbum, (15.) fidu-<br>ciamque & gaudium suum, ob præſens auxilium Dei &<br>repressos jam hostes, testatur. (18.)                 | 10.           |

- Pſalm.* XI. David ſe ipſum adverſus hoſtes conſolatus, (1.) varia conſolationis ſuæ argumenta profert. (7.)
11. XII. David de hypocritarum & malefactorum multitudine, piorum anguſtiis & paucitate quiritatur, (5.) cui Jehova auxilium promittit, (6.) fidelibus in ejus ſalute ſe acquieſcere teſtantibus, (9.)
13. XIII. David de miſerrimo ſtatu ſuo queſtus, (3.) Deum ſoſpitatorem implorat, (5.) ſimulque ſe bonitate & ſalute Dei fretus erigit, (6.) & votum Deo nuncupat. (7.)
14. XIV. David de impietate & corruptione nativa generis humani conqueſtus, (5.) liberationem ab improborum tyrannide implorat. (7.)
15. XV. Davidi Deum interroganti, quoniam beati Cœli incolæ futuri ſint, (1.) Deus characteres hæredum gloriæ cœleſtis explicat. (5.)
16. XVI. David tanquam Propheta [ *Act. II. 30.* ] in perſona Chriſti, adeoque Chriſtus ipſe, [ *ita S. Petrus Act. II. 25-32. S. Paulus Act. XIII 35 36. S. Auguſtinus, Hieronymus, Theodoretus, omniſque veterum chorus, inter recentiores Piſcator, Altingius, aliique plures* ] liberationem ex agone ſuo emortuali orans, (1.) à Deo exauditus ſuam de fructu mortis ſuæ, reſurrectione corporis, & æterna gloria, fiduciam declarat, (11.)
17. XVII. David Deum precatur, ut cauſæ ſuæ juſtitiæ aſſerat contra hoſtes, de quorum inſolentia queritur, (12.) iſque Divinam vindictam imprecatus, (14.) ſibi demonſtrationem vultus Dei in hac, & viſionem ejus in altera vita precatur, (15.)
18. XVIII. David ſuum erga Deum intimum amorem ob inſignia ejusdem beneficia teſtatus, (4.) Dei in anguſtiis & faucibus mortis auxilium præſentiſſimum prædicat, (20.) eundemque ſibi pro juſtitiâ & integritate ſua retaliantem ſuæ dilaudat, (46.) & gratiarum actione celebrat. (51.)
19. XIX. David expoſitis Divinis per opera naturæ (7.) & gratiæ (11.) documentis, ſuum erga Dei verbum affectum teſtatur, (12.) infirmitates deplorat, (13.) & Deum pro earum remiſſione, conſervatione à ſuperbis & exauditione implorat. (15.)
20. XX. Eccleſia Deo Regem ſuum piis precibus commendans, (6.) ſuam de ejusdem victoriis ſpem profeſſa, (9.) Divinum auxilium implorat. (10.)
21. XXI. Eccleſia auxilium Divinum & honorem Regi præſtitum laudans, (8.) hoſtium pœnas exponit, (13.) Deique proporro auxilium implorat. (14.)
22. XXII. David in perſona Chriſti patientis de Divina ſui deſertione & ope dilata queſtus, (9.) Dei opem in maximis anguſtiis & perſecutionibus hoſtium implorat, (22.) & pro gratioſa liberatione, Regnoque Spirituali ſibi collato gratias agit. 32.
23. XXIII. David ſpiritualem fatietatem fidelium, quæ per Deum verum Paſtorem fruuntur, explicans, (1.) ejusdem Paſtoris actus, Paſſionem, gubernationem, & deſenſionem agnoſcit, (5.) demique ſuam in miſericordia ejus fiduciam teſtatur. (6.)

- XXIV. David totius terræ jus & proprietatem Deo vindicans, [2.] docet, quinam in coetu externo Ecclesiæ vera ejusdem sint membra; [6.] potestates mundi hortatur, ut Regno Christi se subjiciant, Regemque prompti admittant. [10.] *Psalm.* 24. •
- XXV. David confusionem sui ab hostibus deprecatus, & fiduciam in Deo testatur, [3.] petit manuductionem Dei, [5.] & peccatorum juventutis remissionem, [7.] benignitatem & misericordiam Dei Doctoris & ductoris celebrat, [14.] & ab hostibus suis liberationem implorat. [22.] 25.
- XXVI. David Deum judicem in causa contra hostes appellans, [2.] innocentiam suam commemorat, [8.] & Dei judicia adversus impios exercita deprecatur. [12.] 26.
- XXVII. David suam erga Deum fiduciam in summo periculo testatur, [3.] desiderium flagrantissimum sedendi in domo Dei exponit, [6.] & à Deo gratiosam gubernationem, ac contra hostes defensionem ardentibus precibus flagitat, [12.] denique spem suam testatur, [13.] & ad expectationem Dei animat [14.] 27.
- XXVIII. David à perditissimis hostibus pressus, Deum pro salute sua orat, [5.] pro exauditis precibus Deo gratias agit, [8.] & Ecclesiæ toti benè precatur. [9.] 28.
- XXIX. David filios fortium ad celebrandum Deum stimulans, [2.] gloriam Dei ex documentis vocis Dei auditæ, [9.] diluvii, [11.] corroboratione ac benedictione populi, [12.] comprobatur. 29.
- XXX. David, actis Deo pro liberatione gratias, [4.] populum hortatur ad psallendum Deo ob iram ejus momentaneam, [6.] & casum suum, resipiscentiam, ac planctum à Deo in tripudium conversum commemorat, Deumque celebrat, [13.] 30.
- XXXI. David confusionem sui deprecatus, [1.] Deum orat pro salute sua, directione & liberatione ex insidiis, [5.] suam in Deo fiduciam testatur, [7.] pro liberatione gratias agit; [9.] denuo liberationem ab hostibus implorat, [14.] fiduciam in Deo suam testatur, [19.] gratias agit, [23.] & ad amorem ac fiduciam Dei excitat. [25.] 31.
- XXXII. David beatitudinem in remissione peccatorum collocans, [2.] eandem experimento suo comprobatur, [7.] & fideles de Dei erga homines cura, [8.] officio obedientiæ, [9.] & Dei judicio [10.] informans, justos ad jubila invitatur. [11.] *Pœnitentialis II.* 32.
- XXXIII. David laudationem Dei commendat, [3.] inductis mirificis illius operibus ex ordine vel extra ordinem naturæ factis; [11.] dein beatitudinis causam, partes, & signa explicat, [19.] & in Dei auxilio ac bonitate fiduciam testatur, [22.] 33.
- XXXIV. David Deum celebrat, & Ecclesiam ad celebrandum suo argumento hortatur, [4.] argumentis à beneficiis sibi & fidelibus omnibus per preces præstitis, piorum protectione, Deique bonitate allatis, [9.] timorem Dei, [13.] custodiam linguæ & pacem, [15.] suadet; Dei. 34.

- Psalms.* Deique providentiam, veritatem & constantiam in servandis à malo, redimendisque explicat. (23.)
35. XXXV. David opem & protectionem Dei hyperaspistæ contra hostes suos, improbos litigatores petens, (6.) injurias indignissime acceptas, perfidamque illorum hypocrisin explicat, (21.) & denuo Dei judicium & cum iis contumtionem implorat. (28.)
36. XXXVI. David impiorum malitiam, (4.) Dei contra bonitatem & justitiam explicat, (10.) & pro salute, ac prosperitate populi & sua precatur. (13.)
37. XXXVII. David æmulationem adversus impios dissuadens, (2.) fiduciam in Jehova, (7.) mansuetudinem, (15.) ἀντάξειαν & beneficentiam, (26.) probitatem, (33.) fiduciæ in Deo integritatem, (40.) suadet.
38. XXXVIII. David malo gravissimo pressus, peccata sua confitetur, (5.) de infirmitate animi & corporis sui, orbitate, & inimicorum improbitate conqueritur, (15.) & ad Deum se convertens, ejus opem humiliter implorat. (23.)
- Pœn. 3.* *Pœnitentialis III.*
39. XXXIX. David consilio suo silendi exposito, (3.) rupti silentii causam affert, (4.) à Deo, ut finem suum sibi repræsentet, (7.) peccata sibi remittat, (9.) plagasque auferat, (14.) expetit.
40. XL. David seu potius Christus in persona Davidis, suæ ex morte liberationis exemplo fideles ad fiduciam suam in Deo collocandam animat, (5.) & allatis pro continuanda Ecclesiæ gratia argumentis, nuncupatoque gratitudinis voto, (11.) Deum rogat, ut gratiam & præsidium suum in adversis continuet, hostesque confundat. (18.)
41. XLI. David piis, qui pia erga ipsum συμπαιδεία moti ei condoluerunt, benedictionem gratiamque Dei precatus, (4.) preces suas in morbo conceptas, & injurias ab amicis inimicisque toleratas commemorat, (10.) & restitutionis suæ beneficium digna εὐχαριστία celebrat. (14.)
42. XLII. David desiderium suum videndi Dei expromens, (3.) certamina & tentationes suas desiderium illud augentes explicat. (12.)
43. XLIII. David tum judicium Dei adversus gentem non piam & virum dolosum, (2.) tum gratiosam illuminationem petit, (4.) & pusillanimitati suæ iratus, sibi fiduciam in Deo imperat. (5.)
44. XLIV. Ecclesia, commemoratis antiquis Dei operibus, (4.) à Deo petit, ut præcipiat salutes Jacobi, quò hostes in ejus nomine conculcare possit; (9.) allatis petitionis suæ rationibus, (17.) infidelitatem à se amolitur, (22.) & propter passiones continuas opem Dei humiliter implorat. (27.)
45. XLV. Ecclesia Christi Regis & Sponsi sui laudes cantans, ejus pulchritudinem, & sermonis gratiam, (1.) certamina & militiam, (6.) regnum, (9.) familiam, filias Regum, uxorem, filiam Regis, filios, (17.) laudat, æternamque memoriam celebrat. (18.)

- XLVI. Ecclesia protectionem Dei adversus hostium insultus *Psalms.*  
validissimam laudans, [8.] invitat omnes ad opera Dei 46.  
contemplanda, [11.] & Deo gratias agit. [12.]
- XLVII. Ecclesia Judæorum hortatur gentes ad gratulan- 47.  
dum Christo & prædicandum eum, [3.] tum à communi  
ipsarum vocatione ad Evangelium, [5.] tum à consensu  
magnificentiae throno; [6.] unde denuo ad psallendum  
Regi totius terræ alacriter invitat. [10.]
- XLVIII. Psaltes Deo pro defensione adversus hostes Hierosoly- 48.  
ma grates agens, [9.] Dei bonitatem celebrat, [12.] &  
Hierosolymæ magnitudinem prædicat. [15.]
- XLIX. Psaltes populorum attentione sibi conciliata, [5.] 49.  
non timendum asserit quicquam, [6.] & vanâ in opibus  
fiduciâ & consolatione rejectâ, [15.] fiduciæque suæ ra-  
tione proditâ, [16.] divitiarum improbi incertitudinem  
demonstrat. [21.]
- L. Asaphus Dei ad judicium adventum imminentem denun- 50.  
tians, [6.] verum Dei cultum, rejecto falso, describit,  
[15.] impiis pœnam intentat, [21.] resipiscentiam suadet,  
promissa salute. [23.]
- LI. David flagrante prece remissionem peccatorum expe- 51.  
tens, [4.] fiduciam exauditionis testatur, tum peccato- *Pœn. 4.*  
rum, nuperi cumprimis, & corruptionis nativæ confes-  
sione, [7.] tum gratiæ & beneplaciti Divini professione,  
[10.] distinctè implorans remissionem peccati duplicis,  
adulterii & homicidii, [16.] promisso sacrificio laudis &  
cordis contriti, [19.] denique beneficentiam pro Zione  
implorans, & exauditionis fructum indicans. [21.] *Pœni-  
tentialis IV.*
- LII. David malitiam Doëgi accusatoris infectatus, & pœ- 52.  
nam eidem denuncians, [9.] in Dei gratia gloriatur,  
Deumque celebrat. [11.]
- LIII. Ejusdem argumenti est cum Psalmo 14. 53.
- LIV. David petens liberationem à persecutione Saulis, [5.] 54.  
consolationem animi & fiduciam suam testatus, [7.] Deo  
pro liberatione gratias agit. [9.]
- LV. David defensionem sui à violentia hostium flagitans, 55.  
[9.] malè iis, domesticis inprimis, precatur, [16.] & fidu-  
ciam exauditionis suæ ac pœnæ hostium testatus, [22.]  
ad fiduciam contra hostes in uno Deo collocandam hor-  
tatur. [24.]
- LVI. David Divinam adversus hostes opem implorans, [3.] 56.  
suam in Deo fiduciam testatur, [5.] injurias & insidias  
hostium abominatur, [9.] clamorem suum exaudutum,  
& propositum confidendi Deo indicat. [14.]
- LVII. David Dei gratiam contra hostes, quorum crudelita- 57.  
tem describit, implorans, [6.] Dei adversus illos judicium  
narrat, [7.] Deo gratitudinem promittit. [12.]
- LVIII. David cum consiliariis & aulicis Regis exostulans, 58.  
[6.] iisdem gravissima Dei judicia imprecatur, [10.] pio-  
rum lætitiâ, pacem & salutem cum gloria Dei conjun-  
ctam prædicans. [12.]
- LIX. David à Saulis ministris circumventus liberationem 59.  
à Deo

- Pſalm.* à Deo petit, allegatâ hostium potentiâ, (6.) malitiâ & contemptu Divini iudicii, (8.) fide & spe sua, (10.) gloria-tione in Divina ope, (16.) Dei laudes se grato animo prædicaturum professus. (18.)
60. LX. David Syrorum exercitu cæso, angustias in eo bello subitas, ostensumque salutis vexillum memorans, (7.) in Domino victoriarum suarum auctore exultat, (2.) & imposterum etiam Dei opem implorat. (14.)
61. LXI. David defensionem sui in præsentissimo periculo implorans, (4.) se ipsum protectionis & exauditionis fiduciâ erigit, (6.) & vitam sibi longam precatur. (9.)
62. LXII. David animi sui tranquillitatem in Dei fiducia declarans, animumque contra hostium insidias obfirmans, (8.) populum ad fiduciam in solo Deo collocandam hortatur. (13.)
63. LXIII. David petit se Dei benignitate ad tabernaculum & sacros cultus reduci, (9.) suamque de interitu hostium & Dei gratia fiduciam testatur, (12.)
64. LXIV. David conservationem petit à manu conjuratorum hostium, quorum impietatem commemorans, (17.) supplicium eorum improvisum Divinitus eventurum, & bonorum pacem prænuntiat. (11.)
65. LXV. David nomine Zionis seu Ecclesiæ Dei laudem prædicat, propter exauditas preces, (3.) remissa peccata, (4.) adoptionem & electionem, (5.) iudicia tremenda, (6.) Regni stabilitatem, tumultuum sedationem, (8.) gentium conversionem, (9.) denique terræ fecundationem & fructificationem. (14.)
66. LXVI. Ecclesia Dei sospitatoris laudes canens, (7.) populos ad idem faciendum animat, ob conservationem & explorationem gratiosum, (12.) & David quoque Deo ob exauditas preces gratias agit. (20.)
67. LXVII. Ecclesia Dei gratiam & benedictionem implorans, (3.) ejusdem impetratæ fructum, conversionem gentium, astringit, (7.) & perennem benedictionem implorat. (8.)
68. LXVIII. David Dei contra inimicos præsidium laudans, (4.) carmen ἐπὶ τῶν ὄντων Deo cani, (7.) eique gloriam cedere jubet, inductis eius operibus palmariis, cujusmodi sunt legislatio in monte Sinai, (9.) exhibitio Regni gratiæ, hostiumque coercitio, (18.) ascensio Christi in Cælum, (19.) liberatio multiplex, (21.) & hostium oppressio. (24.) Unde Dei gloriam celebrans variè, (28.) ex gentibus munera, & catervæ bellantium coercionem promittit, (32.) Regesque ad Dei laudes excitat. (36.)
69. LXIX. David, seu Christus in ejus persona, Dei opem, ob magnitudinem periculi, hostium multitudinem, suamque innocentiam, (6.) spem fidelium in se collocatam, opprobria & zelum suum implorans, (14.) Deum obnixè orat, ut se ex tot periculis liberet, (19.) hostes suos confundat, (22.) quorum iudicia recensens, in Dei salute triumphat. (37.)

- LXX. David liberationem sui, (2.) hostiũmque suorum *Psalm.*  
confusionem orat, (6.) 70.
- LXXI. David pro se contra hostes suos precatus, (20.) Deo  
pro liberatione votum gratitudinis exsolvit, (24.) 71.
- LXXII. David Deum orans, ut judicia sua Regi & filio  
Regis impertiatur, (1.) prosperum regimen, (7.) Regni in  
terra & extra eam amplitudinem, (11.) subditorum felicitatem, (16.) Regis æternam gloriam (17.) describit,  
Deoque Israëlís benedicit, (20.) 72.
- LXXIII. Afaphus bonitatem Dei commendans, (1.) carnis  
ratiocinia, impiorum felicitatem pensantis discutit, (27)  
se totum Deo credit, illique se hæsurũm profitetur, (38.) 73.
- LXXIV. Ecclesia Dei gravissimis calamitatibus pressa, Deo  
miserias & violentiam hostium, orbitatemque suam quæstæ,  
(10.) auxilii continuationem, patientiam, gratiam, veri-  
tatem Dei contra hostium blasphemias implorat, (19.) &  
infirmiorem suam, Dei fœdus, fiduciam in ipso comme-  
morans, (22.) Dei vindictam sollicitat, (23.) 74.
- LXXV. Psalter Dei nomen celebrat, (2.) Deusque iudicium  
suum exaltans & deprimens, propinato iræ poculo, de-  
clarat, (11) 75.
- LXXVI. Psalter liberationis præteritæ eximie beneficium  
decantans, (11) ad nuncupati voti solutionem omnes ex-  
citat, (13.) 76.
- LXXVII. Afaphus narratã tentatione gravissimã, in quam  
ob dilatam exauditionem opemque Divinam incidit, (10.)  
ex ea eluctatur recordatione suæ infirmitatis & consuetu-  
dinis Dei potentiam suam in humana imbecillitate con-  
summantis, (21.) 77.
- LXXVIII. Afaphus attentione populi sibi magnifice dicturo  
conciliata, (8.) magnalia Dei inde ab exitu ex Ægypto  
usque ad electum Regem Davidem celebrat, (72.) 78.
- LXXIX. Ecclesia de violentia gentium Templum polluen-  
tium, & Hierosolymam vastantium quæstæ, (4) iram Dei  
deprecatur, (5.) eandemque hostibus suis imprecatur,  
(8.) Dei opem implorans, vindictamque contra hostes  
sollicitans, (12) gratitudinem promittit, (13.) 79.
- LXXX. Ecclesia Dei Pastoris Israëlís opem flagitans, (3.)  
restitutionem, & illuminationem faciei Dei petit, argu-  
mentis à præsentí discriminé, præteritõque plantatæ vitis  
beneficio arcessitis, (14.) & Dei curam, visitationem vineæ  
suæ, (18) vivificationem sui & conversionem sollici-  
tat, (20.) 80.
- LXXXI. Fideles se invicem ad canendas Dei laudes hortati,  
magnifica Dei opera in exitu ex Ægypto, & doctrinam  
mandatorum promissionũmque legis commemorant,  
(11.) Deus verò de inobedientia populi sui quæstus, judi-  
cium suum erga inobedientes, (13.) & gratiam erga mori-  
geros declarat, (17.) 81.
- LXXXII. Afaphus officium Magistratus, mortalitate illis  
ad animum revocata inculcans, (7.) Deum iudicem  
implorat, (8.) 82.

- Pſalm.* LXXXIII. Ecclesia de inimicorum injuriis & impietate  
 • 83. graviter conqueſta, (9.) iisdem exitium ad Dei gloriam  
 imprecatur. (19.)
84. LXXXIV. Pſalter ſuavitatem domus Dei, & beatitudinem  
 frequentantium eam prædicans, (8.) Deum precatur, ut  
 miſericordia ad reducendum ſe, & in gratia confirman-  
 dum utatur. (13.)
85. LXXXV. Ecclesia Dei gratiã in reſtitutione ſui celebratã,  
 (4.) converſionem ſuam & reconciliationem Dei expetit,  
 (8.) ſuãque de Dei gratia, fidelitate & juſtitia fiduciam  
 teſtatur, (14.)
86. LXXXVI. David protectionem, gratiam & inſtitutionem  
 Divinam ſeriis precibus efflagitans, (11.) Deo de bonita-  
 te ſua gratias agit, (14.) & bonum gratiæ ſignum im-  
 plorat. (17.)
87. LXXXVII. Pſalter Eccleſiam Chriſti à verbi Divini in ea  
 præconio, (3.) gentium ad eam acceſſu, (4.) ſtabilitate ejus  
 perpetua, (6.) lætitia & ſecunditate, (7.) commendat.
88. LXXXVIII. Pſalter in maximis anguſtiis Deum invocans,  
 (3.) dolorem & mala ſua præſentiſſima verbis acerbiffi-  
 mis exaggerat. (19.)
89. LXXXIX. Ethan Ezechites Dei benignitatem & fidem  
 cum in rebus omnibus creatis, tum in Ecclesia teſtificatam  
 celebrans, dignitatem Regni Chriſti, & promiſſiones Re-  
 gno toti Regique factas commemorans, (38.) de iræ & in-  
 dignationis Divinæ indiciis queritur, (46.) & plagarum  
 modum finemque expetit. (53.)
90. XC. Moſes Dei gratia & æternitate celebrata, (2.) Dei in  
 contrahenda hominis vita providentiam explicat, (11.)  
 & à Deo ſapientiam numerandi dies, reconciliationem,  
 recreationem, favorem & præſidium perpetuum exo-  
 ptat. (17.)
91. XCI. Fideles ſuam in Dei præſidio fiduciam & ſecuritatem  
 teſtantur, (13.) Deũque viciffim iis exauditionem, prote-  
 ctionem, longam vitam ſalutemque addicit, (16.)
92. XCII. Ecclesia ſe ipſam ad laudandum Deum comparans,  
 (4.) ſuam in operibus & conſiliis Dei lætitiã teſtatur, (9.)  
 inimicorum languorem & mortem, juſtorum vigorem &  
 vitam perpetuam prædicat. (16.)
93. XCIII. Ecclesia Jehovah regnantem celebrans, (1.) Regni  
 ejus firmitatem, (2.) potentiam, (4.) & verbum Evangelii  
 ac juſtitiam prædicat. (5.)
94. XCIV. Ecclesia Deum judicem adverſus diros perſecutores  
 ſuos appellans, (6.) judicium & providentiam ejus vindicat,  
 (11.) ſe ipſum ſævientibus perſecutionibus conſolatur,  
 agnita ſua in perſecutionibus beatitudine, tranquillitate,  
 fœderis Divini perpetuitate, (15.) allegatã etiam experi-  
 entiã auxilii & conſolationis Divinæ, (21.) liberationem  
 denique Dei celebrat. (23.)
95. XCV. Pſalter Jehovah, petram ſalutis celebrans, (2.)  
 ejusdem magnitudinem, gloriam, potentiam, opera  
 præ-

- prædicat, (5.) ad properum ejus cultum hortatur, & (7.) *Psalms*.  
ab induratione dehortatur. (11.)
- XCVI. Psaltes ad canendas Dei laudes universas gentes 96.  
invitans, (6.) iisdem officium glorificandi & adorandi  
Dei injungit, (10.) & Jehovæ ad judicium adventum  
denuntiat. (13.)
- XCVII. Psaltes de regno Christi vaticinatus, ejus thronum 97.  
solidè fundatum, (2.) potentiam in consumendis hostibus  
& gentibus illuminandis, (5.) justitiam, (6.) cultum, (7.)  
celstitudinem, (9.) liberationem ex manu impiorum, (10.)  
lucis & lætitiæ exhibitionem (11.) prædicat, & justos ad  
laudandum Jehovam denuo excitat. (12.)
- XCVIII. Psaltes canticum novum Domino cani jubens, 98.  
revelationem salutis inter gentes prædicat, (3.) totum-  
que mundum ad gratulandum Regi ad judicium venienti  
excitat. (9.)
- XCIX. Psaltes potentiam Christi Regis nostri, justitiam 99.  
& gratiam erga omnes prædicat, (4.) omnesque eum,  
Mosis & Aaronis exemplo, adorare & glorificare  
jubet. (9.)
- C. Psaltes Ecclesiam ad laudes Dei hortatur, (2.) idque 100.  
propter gratuitam electionem, vocationem, (4.) bonita-  
tem & gratiam perennantem. (5.)
- CI. David Regno potitus pium suum in celebrando 101.  
Domino, vita piè & juxta Dei verbum instituenda, (3.)  
impiis coercendis, piisque fovendis (8.) propositum  
declarat.
- CII. Ecclesia afflicta in angustiis suis Deo supplex, (2.) 102.  
calamitates suas concatenatas exponit, (12.) Deum ad  
misericordiam variis rationibus adductis movere co-  
natur, (19.) Deique exauditionem celebrat, (23.) & in  
novis angustiis consolationem suam ex promissionum  
Divinarum immutabilitate petitam profitetur. (29.)  
*Pœnitentialis V.*
- CIII. David Deo ob beneficia varia sibi præstita, inprimis 103.  
remissionem peccatorum, sanationem morborum, re-  
demptionem &c. benedicens, (6.) nomen Dei benedi-  
ctione dignissimum ob revelationem populo Dei factam,  
longanimitatem, peccatorum condonationem, gratiæ  
constantiam declarat, (19.) denique benedictionem illam  
omnibus creaturis injungit. (22.)
- CIV. Psaltes se ipsum ad laudes Dei excitans, (1.) argu- 104.  
menta laudis arcessit ab operibus ejus, puta tum crea-  
tionis, (26.) tum conservationis rerum omnium, (32.)  
Deumque ob exauditas preces, & excidium improborum  
celebrat. (36.)
- CV. Psaltes ad varia celebrandi nominis Dei officia exci- 105.  
tans, (4.) semen Abrahæ distinctè hortatur ad ruminan-  
da mirabilia, prodigia & judicia Dei, (6.) rationibus à  
magnitudine loquentis, (7.) promissionum veritate, (11.)  
miraculorum, quæ plurima ex historia populi Dei indu-  
untur, præstantia (45.) arcessitis.

- Pſalm.* CVI. Ecclesia ad Deum laudandum omnes excitans, (3.)  
 106. meditata ratione Deum rogat, ut sui gratiosè recordetur, (5.) & sigillatim edens confessionem peccatorum patrum, & oppositæ iis clementiæ Dei; tum in Ægypto, (12.) tum in deserto per concupiscentiam, invidiam, idololatriam, contemptum terræ promissæ, (27.) copulationem cum Baal Peor, (31.) murmurationem, (33.) tum in terra Canaan; (46.) petens simul à Deo recollectionem ex gentibus, & gloriam Dei celebrans. (48.)
107. CVII. Pſaltes ad bonitatem & benignitatem Dei celebrandam assertos Jehovah invitans, (2.) narrat tum exemplarioris temporis eorum, qui Deum invocantes, liberati gratias ei egerunt, velut oberrantium in deserto, (9.) carceribus inclusorum, (16.) ob nauseam cibi ægrotantium, (22.) in mari iactatorum: (32.) tum recentia Dei opera, mutationem in fertilem & sterilem, (39.) & rerum humanarum vicissitudines, (44.) quorum denique operum observationem enixè commendat. (45.)
108. CVIII. David laudatâ Dei gratiâ sibi præstitâ, & eâdem imposterum imploratâ, (7.) auxilium Divinum sibi latum admirabundus prædicat, (10) suâque de futura liberatione fiduciam testatur. (14.)
109. CIX. David improbilissimis malevolorum calumniis traductus, (5.) Dei adversus eos iudicia multifaria imprecatus, (21.) ejusdem auxilium, quo ex periculis & morte ipsa liberetur, implorat, (29.) & laudibus se Deum profecutum recipit. (31.)
110. CX. David de Christi Regis ad dextram Dei collocatione, (1.) Regis efficacia, metropoli Regni, subditorum ingenio, copia & præstantia, (3.) sacerdotio Regis, (4.) judiciis adversus Reges & gentes, (6.) denique post bibitos in via torrentes, exaltatione capitis, (7.) vaticinatur.
111. CXI. Pſaltes Ecclesiam suo exemplo ad laudes Dei hortatus, Dei opera mirabilia, fœdus, justitiam, veritatem, præcepta, redemptionem celebrat, (9.) & timoris Dei efficaciam ostendit. (10.)
112. CXII. Pſaltes beatitudinem timentium Deum prædicans, (1.) eam uberius in fructibus timoris Dei exponit, (9.) & ex improborum invidia confirmat. (10.)
113. CXIII. Pſaltes servos Jehovah ad laudandum nomen Domini stimulat, (1.) & servi eundem benedictione exaltationis ejus, (5.) providentiæ, evectionis tenuium, (8.) fœcundationis sterilium (9.) commemoratione celebrat.
114. CXIV. Pſaltes narrato glorioso exitu Israëlitarum ex Ægypto, (4.) mari & Jordani fugientibus insultat, (6.) & cum iis adventum gloriosum Domini comparat. (8.)
115. CXV. Ecclesia se propter nomen Dei, non meritum suum ullum, servari, (2.) idololatriam omnem extirpari expectens, (8.) ad fiduciam in uno Deo ponendam, benedictione proposita uberrima hortatur, (16.) & laudes Dei in hac vita se prædicaturam spondet. (18.)
116. CXVI. Pſaltes amorem suum erga Deum profitetur ob accepta beneficia, (2.) & ob liberationem ex angustiis

- corporalibus & spiritali tentatione, piam & gratam cum Deo conversationem promittens, (9.) ob Divinam opem præstitam solenne gratitudinis votum nuncupat. (19.) *Psalm.*
- CXVII. Psaltes gentes, ut Dei nomen celebrent, (1.) ob præstantiam misericordiæ & veritatis ejus, (2.) hortatur. 117.
- CXVIII. Psaltes præscripta Israëlitis celebrandi Dei forma, (4.) Dei bonitatem commendat à liberatione ex angustiis & potestate hostium; ubi fiduciam suam in Deo testatur, (16.) & vitam sibi ac introitum per portam promittens, de ope Dei & asserta autoritate Christi ab architectis rejecti gratias agit, (24.) Deumque implorata ejus ope glorificat. (29.) 118.
- CXIX. Psaltes in angustiis & tentationibus suis in verbo & testimoniis promissionis Divinæ receptum quærens, piorum beatitudinem in studio, fide & obsequio voluntatis Dei positam esse docet: ideoque in noticia ejus, tanquam castis deliciis suis, informari à Deo expetens, se conservari ab omnibus impedimentis Sathanæ, mundi, carnis, hostiumque omnium precatus, postremò sibi de innocentia sua probè conscius, se suaque omnia Deo in solidum committit. 119.
- CXX. Psaltes narrata Divina à calamitatibus suis liberatione, (1.) de labio falso & lingua fraudulenta, cui gravem pœnam imprecatur, (4.) nec non cohabitatione cum osoribus pacis (7.) quiritur. 120.
- CXXI. Psaltes auxilium ex Cælo implorans, (2.) Dei præsidium certissimum sibi spondet. (8.) 121.
- CXXII. Ecclesia lætitiæ suam ob voces ad frequentandum domum Dei invitantes testata, (1.) ad domum Dei accedit, (2.) Hierosolymam insigni elogio exornat, (5.) eisque optima quæque apprecatur. (9.) 122.
- CXXIII. Psaltes sublatis ad Deum oculis, & ex nutu ejus pendens totus, (2.) misericordiam ejusdem ob contumelias hostium implorat. (4.) 123.
- CXXIV. David periculis, quibus cum Ecclesia conflictatur, & præsentis Dei ope exposita, (5.) Deo eandem ex laqueis aucupum liberanti gratias agit, (7.) & in Dei auxilio gloriatur. (8.) 124.
- CXXV. Psaltes Ecclesiæ Dei immutabilitatem & firmitudinem astruens, (2.) sceptri improborum super sorte justorum instabilitatem asserit, (3.) & piis gratiam Dei, tortuosis pœnam indicit. (5.) 125.
- CXXVI. Psaltes lætitiæ ineffabilem ex liberatione futura ex captivitate præcipiens, (3.) restitutionem Ecclesiæ, & messum cum jubilo precatur. (6.) 126.
- CXXVII. Solomon labores hominis Divina benedictione destitutos irritos pronuntians, (2.) Dei in datione somni, filiorum copia, & benedictione gratiam celebrat. (5.) 127.
- CXXVIII. Psaltes piorum felicitate proposita, (1.) eam à benedictione laboris, uxoris fœcunditate, prolis copia, rei testimonio, & Dei ipsius Ecclesiæ præsentis voluntate & efficacia commendat. (6.) 128.

129. *Psalm.* CXXXIX. Ecclesia suas à mundo afflictiones, [3.] Divinam liberationem, hostiūque funestum interitum describit, [8.]
130. CXXX. Psaltes ex profunditatibus Deum invocans, remissionis peccatorum gloriam Deo acceptam refert, [4.] spem suam in gratia Dei, & expectationem continuam secundum verbum Dei confitetur, [8.] *Pœnitentialis VI.*
131. CXXXI. David demissum simplicemque animum suum professus, [2.] Israëllem ad confidendum Jehovahæ invitatur, [3.]
132. CXXXII. Ecclesia pro Davide locum cultui Divino idoneum seligente precatam, [5.] se ipsam ad exercitium cultus in loco arcæ cohortatur, [7.] & apud arcam perpetuam præsentiam Dei in eo loco, [8.] pro Sacerdotibus domus justitiæ, [9.] idque propter fidem à Davide promissioni Divinæ habitam, [12.] electionem Zionis, [16.] ob excitandum ibidem cornu Davidis, in hostes dominaturum, [18.] precatam.
133. CXXXIII. David sanctorum communionem celebrans, [1.] ejusdem suavitatem gemina similitudine, balsami à capite Aaronis in barbam & fimbrias togæ descendentes [2.] & roris in Hermonem & montes Zionis cadentis, [3.] figurat.
134. CXXXIV. Psaltes Ecclesiam totam ad benedicendum Deo hortatur, [2.] benedictionem eidem è Zione precatam. [3.]
135. CXXXV. Psaltes Ecclesiam ad celebrandum nomen Dei, ob bonitatem ejus & suavitatem, [3.] quarum illam ab electione populi, redemptoris magnitudine, operibus providentiæ, [12.] hanc à nominis Jehovahæ efficacia, depreffis idolis gentium, [18.] comprobatur, hortatur, domum Israëllem ad benedicendum Deo, & gratias agendas invitatur. [21.]
136. CXXXVI. Psaltes Ecclesiam ad prædicandas Dei laudes hortatur ob beneficam naturam & Majestatem ejus, [3.] quam ex operibus creationis [9.] & gubernationis specialis populi Dei in Ægypto & terra Canaan [25.] comprobans, eandem ad confidendum Deum exhortationem repetit. [26.]
137. CXXXVII. Ecclesia Judaica Babylonicæ captivitatis, & tristitiæ ejus, quam variis ibi signis testificabatur, memor, [6.] pœnas Babyloniis & Edomæis, hostium incensoribus gravissimas imprecatam. [9.]
138. CXXXVIII. Psaltes Deum propter bonitatem, fidem, verbum celebrans, [3.] à gentibus etiam verbum ejus audientibus celebratum iri docet, [6.] & Deo se in omnibus angustiis committit. [8.]
139. CXXXIX. David Deum præscium omnium, & formatorem scrutatorēque cordium ac renum, omnipræsentem celebrans, [13.] eidem pro electione, redemptione, illuminatione, productione sui cum singulari cura gratias agit, [16.] consilia ejus numerosa, & adversus improbos judicia prædicat, [20.] denique se Deo amplius probandum, explorandum & emendandum committit. [24.]

- CXL. David Deo pro liberatione sui à linguis maledicis *Psalms.*  
improbi supplex, [5.] & liberationem suam exponit, [8.] 140.  
& persecutori improbo male precatur, [11.] calumniatori  
interitum prædicit, [12.] & se in fiducia certa justitiæ ac  
salutis Dei confirmat. [14.]
- CXLI. David opem Dei, & acceptationem precum tanquam 141.  
muneris vespertini implorans, [2.] custodiam sui à pec-  
catis oris, cordis, consortii pravi, castigationem bono-  
rum [5.] nec non conservationem in vita & à laqueis  
hostium, [9.] expetit, & impiis casum, sibi verò salutem  
ominatur. [10.]
- CXLII. David in spelunca à Saule & comitatu ejus circum- 142.  
clusus, se ipsum ad invocandum Deum excitans, [4.] Deo  
periculum suum queritur, [5.] & ejusdem opem ac libera-  
tionem ex tantis angustiis implorat. [8.]
- CXLIII. David audientiam Dei precatus, [1.] judicium ejus- 143.  
dem, expositâ hostium violentiâ, suâque extrema pertur-  
batione deprecatur, [7.] & revelationem gratiæ Dei ce-  
lerem, liberationem ab inimicis, institutionem Divinam,  
ductum Spiritus S recreationem, hostiûmque profligatio-  
nem obnixè implorat. [12.] *Pœnitentialis VII.*
- CXLIV. Ecclesia Jehovah rupem suam, ejusque beneficia 144.  
celebrans, [2.] suam verò indignitatem professâ, [4.] Dei  
de Cœlo descensum, montium consumptionem, libera-  
tionem sui ab hostibus & manu alienigenarum, promissâ  
inde tum Deo gratiarum actione, tum sibi filiorum educa-  
tione ad gloriam, copias salutes pecoris, cibi &c. [14.]  
petit, & populum Dei beatum prædicat [15.]
- CXLV. David celebrandi Domini propositum indicans, [2.] 145.  
laudat Dei Majestatem, opera, judicia, justitiam, bonita-  
tem & gratiam, [9.] populi peculiaris laudes cantaturi  
creationem, [12.] Regni æternitatem, [13.] & erga sub-  
ditos ipsum timentes benignitatem. [21.]
- CXLVI. Psaltes & pios ad celebrandas Dei laudes hortatus, 146.  
[2.] & hominibus confidere vetans, [4.] beatos prædicat  
confidentes Deo, creatori omnium, vindici oppressorum,  
illuminatori cœcorum, amatori justorum, peregrino-  
rum, pupillorum patrono, Regi æterno. [10.]
- CXLVII. Psaltes ad celebrandum Deum, suavitatem & 147.  
bonitatem ejus hortatus, [1.] ejus in Ecclesia asserenda  
potentiam, eminentiam & judicia prædicat, [6.] & denuo  
ad canendum Deum excitat, [7.] commemoratis bene-  
ficiis ejus erga homines & jumenta, [11.] denique Hiero-  
solymam ad prædicandum Deum ejusque beneficia ani-  
mat. [20.]
- CXLVIII. Psaltes res omnes creatas, tum summas, Ange- 148.  
los, Solem, Lunam, Stellas ob creationem & conserva-  
tionem sui, [6.] tum imas in terra, abyssò, aère, [10.]  
homines inprimis omnis generis, ætatis, sexus, [13.] ad  
canendas Dei, cornu populi sui extollentis, [14.] laudes  
invitat.
- CXLIX. Psaltes pios omnes ad gaudium ob Regem, in 149.  
quo

- Pſalm.* quo Deus in populo ſuo beneplacitum habet, excitans, (4.) nec non exultationem glorioſam ob vindictam de hoſtibus Regibus ſumptam, (9.) indicit.
150. CL. *Pſaltes* colophonem imponens *Pſalmis*, celebrationem Dei in expanſo roboris ſedentis, (1.) ob magnalia & magnificentiam ejus, (2.) in nablío, cithara, tympano, tuba, (5.) omni animæ, (6.) imperat.

## TABULA SYNOPTICA PSALMORUM.

### Argumentum *Pſalmi*

1. *Vera beatitudo.*
2. *Regnum Meſſiæ.*
3. *Solatium contra hoſtes.*
4. *Æmulorum increpatio.*
5. *Oratio contra hoſtes Eccleſiæ.*
6. *Oratio animæ trepidantis. Pœnitentialis I.*
7. *Dei tutela adverſus improbum.*
8. *Jehovæ Majestas.*
9. *Celebratio victoriæ Divinitus indulta.*
10. *Preces contra malitiæ fraudem.*
11. *Conſolatio contra hoſtes improbos.*
12. *Dei gratia contra multitudinem hoſtium implorata.*
13. *Precatio luſtantis cum peccato.*
14. *Querela de Atheis.*
15. *Beati Cœli incolæ.*
16. *Chriſti paſſiones & gloria.*
17. *Deus innocentie aſylum.*
18. *Deus petra in anguſtiis.*
19. *Opera naturæ & gratiæ.*
20. *Precatio pro poteſtate eminente.*
21. *Regis Deo accepti gloria.*
22. *Paſſionale Propheticum.*
23. *Jehova paſtor.*
24. *Incolæ montis Dei, & Regnum Chriſti.*
25. *Manuſductio ad beatitudinem.*
26. *Innocentia juſti.*
27. *Unum neceſſarium.*
28. *Retributio impiorum.*
29. *Vocis Divinæ efficaciam.*
30. *Triftitia in gaudium converſa.*
31. *Spei & fiducia in Deo efficaciam.*

32. *Beatitudo in remissione peccatorum sita. Pœnitentialis II.*
33. *Dei opera & beatitudo hominis.*
34. *Deus piorum custos & protector.*
35. *Deus hyperassistes contra litigatores impios.*
36. *Dei bonitas & veritas adversus impios asserta.*
37. *Prosperitatis impiorum collatio cum sorte piorum.*
38. *Oratio pro remissione peccatorum in lethali morbo. Pœnitentialis III.*
39. *Ars moriendi.*
40. *Oratio Davidis typici seu Christi patientis.*
41. *Beatitudo misericordium.*
42. *Desiderium visionis Dei.*
43. *Deus iudex impiorum, & lux piorum.*
44. *Oratio pro salute Jacobi contra ejus hostes.*
45. *Epithalamium Christi.*
46. *Deus turris fortissima, & bellator maximus.*
47. *Deus Judeorum & Gentium Rex.*
48. *Civitas Dei gloriosa.*
49. *Mundi & divitiarum vanitas.*
50. *Veræ & fictæ religionis discrimen.*
51. *Davidis pœnitentia. Pœnitentialis IV.*
52. *Doëgi improbitas, & Dei erga Davidem gratia.*
53. *Idem est cum Psalm. 14.*
54. *Afflictorum expectatio Deus.*
55. *Inimici domestici.*
56. *Exauditio precum adversus hostes.*
57. *Oratio ad Deum inter leones.*
58. *Expostulatio cum aulicis Regis.*
59. *Oratio pro liberatione ab hostibus.*
60. *Eucharistia ob victoriam.*
61. *Deus robusta turris.*
62. *Ahortatio ad confidendum Deo.*
63. *Desiderium redeundi ad tabernaculum.*
64. *Indoles & plaga hostium.*
65. *Laus beneficiorum multiplicium Dei.*
66. *Laus Dei sospitatoris & exploratoris.*
67. *Vocatio Gentium.*
68. *Carmen ἐπιτυχιον.*
69. *Davidis typici, seu Christi, oratio in angustiis.*
70. *Oratio pro confusione hostium.*

Psalm.

71. Oratio pro continuatione gratiæ.
72. Oratio pro Regio filio.
73. In solo Deo secunda quies.
74. Invocatio auxilii contra hostes.
75. Judicium Dei exaltans & deprimens.
76. Deus stator.
77. Recordatio mirabilium Dei in tentationibus.
78. Magnalia Dei antiqua.
79. Intercessio pro Hierosolyma contra ejus vastatores.
80. Pastor Israëlis excubans pro vinea sua.
81. Dei opera antiqua, & ingratitude populi.
82. Magistratus officium.
83. Diræ in confæderatos impios.
84. Domus Dei suavitates.
85. Ecclesiæ restitutio, oratio pro conversione sui.
86. Oratio pro Divina protectione, institutione.
87. Gloria Ecclesiæ in Zione genitæ.
88. Oratio pauperis & moribundi.
89. Dei in Ecclesia benignitas.
90. Canticum Moysi mortem meditantis.
91. Fiducia in protectore Deo.
92. Laus Dei creatoris, & felicitatis justii ac injustii  
discrimen.
93. Regni Jehovæ firmitas.
94. Consolatio in persecutionibus.
95. Jehovæ petra salutis gloria, ejusque cultus.
96. Gentium invitatio ad glorificandum Deum.
97. Vaticinium de Regno Christi.
98. Tuba advenientis judicis.
99. Invitatio ad glorificandum Jehovam Regem.
100. Laudatio Dei ob gratiam multiplicem.
101. Politicæ administratio sancta.
102. Ecclesiæ afflictæ supplicatio. Pœnitentialis V.
103. Anima exultans in gratia Dei.
104. Schola nature & providentiæ.
105. Mirabilia Dei inde ab exitu ex Ægypto.
106. Chronicon deserti, & exprobratio defectionum  
populi Dei.
107. Gratiarum actio assertorum Jehovæ.
108. Liberationis Divinæ encomium.
109. Oratio contra calumniatores.

110. *Christus sedens ad dextram patris.*  
 111. *Laudatio Dei ob opera, mirabilia, fœdus.*  
 112. *Beatitudo fidelium.*  
 113. *Benedictio Dei exaltantis, fœcundantis.*  
 114. *Exitus ex Ægypto comparatus cum adventu glorioso Domini.*  
 115. *Jehovæ gratia, omnipotentia, benedictio, & idolorum vanitas.*  
 116. *Gratitudo promissa ob liberationem ex angustiis.*  
 117. *Gentium vocatio.*  
 118. *Benignitatis Divinæ encomium.*  
 119. *Alphabetum aureum, seu laudatio testimoniorum Dei.*  
 120. *Tadium labii falsi & lingua fraudulenta.*  
 121. *Sursum corda.*  
 122. *Hierosolymæ decus & felicitas.*  
 123. *Imploratio misericordiæ Dei.*  
 124. *Eucharistia ob liberationem ex laqueis aucupum.*  
 125. *Stabilitas eorum, qui Deo confidunt.*  
 126. *Liberationis futuræ ex captivitate gaudium animo præceptum.*  
 127. *Oeconomia & politia felix.*  
 128. *Conjugium Sanctorum, & proles benedicta.*  
 129. *Crux denique victrix.*  
 130. *Invocatio Dei ex profundis. Pœnitentialis VI.*  
 131. *Humilis & demissi animi speculum.*  
 132. *Precatio pro electo Dei tabernaculo.*  
 133. *Concordiæ fraternæ & Divinæ gratiæ vinculum.*  
 134. *Ministorum Ecclesiæ officium.*  
 135. *Celebratio Dei optimi & suavissimi.*  
 136. *Celebratio Dei ob beneficam naturam & gloriam.*  
 137. *Ecclesiæ ex Babylonica captivitate liberatæ diræ adversus Edomum & Babylonem.*  
 138. *Gratulatio redemptorum.*  
 139. *Providentiæ Divinæ graphica descriptio.*  
 140. *Supplicatio adversus obtrectatores, & hypocritas cruentos.*  
 141. *Sacrificium vespertinum, seu supplicatio adversus hostes.*  
 142. *Ejulatus conclusi in spelunca.*

- Psalm.* 143. *Deprecatio iudicii, & precatio pro revelatione gratiæ. Pœnitentialis VII.*
144. *Epinicion Davidis, & supplicatio contra hostes.*
145. *Laudatio operum, Regni, subditorum Dei.*
146. *Fiducia in solo Deo.*
147. *Providentia Dei generalis & specialis.*
148. *Chori creaturarum tres Deum laudantes.*
149. *Triumphus Ecclesiæ.*
150. *Laudatio Dei omnibus modis, & totâ anima indicta.*

*Interpretes Psalorum.*

**S. PATRES.** Ambrosius, Anastasius, Anshelmus, Apollinarius, Arnobius, Athanasius, Basilius, Bernhardus, Catena Græca, Didymus, Epiphanius, Euthymius, Gregorius M. Prosper, Theodorus, Theodoretus, Chrysostomus, Hilarius, Hieronymus, Beda, Augustinus, Ruffinus, Cassiodorus, Remigius, Haymo Rupertus.

**REFORMATI.** Amesijs, Amyraldus, Brandmüllerus, Bucerus, Bullingerus MS. Calvinus, Coccejus, Coppenius, Druſius, Fabricius, Gualtherus, Marlhoratus, Mollerus, Musculus, Pitiscus, Rivetus, Scultetus, Stephanus, Van Till. Strigelius, Szegedinus, Wolphius, Zwinglius, Hammer, Junius, J. Altingius. *Angli*, Abboth, Ainsworth, Dixon, Ford, Hammondus, Hatton, Jakson, Leigh, Nicholson, Pricæus, Rollocus, Toppius, Vicars, Wilcok, Wither, Woodford, Wright, Spelmannus, Bythnerus, Dagus, Templéus.

**AUGUSTANI.** Brentius, Bugenhagius, Draconites, Gejerus, Gessnerus, Haberkornius, Hopfnerus, Heshusius, Lutherus, Morlinus, Regius, Schimidius, Tarnovius, Waltherus. Balduinus, *fischer / Hemming. Hnd.*

**PONTIFICII.** Agelius, Aliaco, Aquinas, Bellarminus, Bonaventura, Contarenus, Crommius, Delrio, Fevardentius, Genebrardus, Janſenius, Jesu Maria, Justinianus, Lindanus, Lipomannus, Lombardus, Lorinus, Maldonatus, Malvenda, Simeon de Muis, Sixtus Senefis, Stella, Toletus, Turrecremata. Augustinus Steuchus, Perem de Valentia, Ludolphus Carthusiensis, Varlevius, Dionys. Carthusianus, Albinus, S. Bruno, Hugo Victorinus, Guil. Parisiensis, S. Thomas, Cajetanus, de Valentia, Titelmannus.

**HEBRÆI.** Joseph Aben Jechija, נורא תבלית, מדרש דוממות, תהלים, מאיר תהלות, R. Joel fil. Schohef, נעים זמירות, פעכח רוא, R. Mosche Alfcheich, R.D. Kinchi, Parisiis Latinè prodiit.

Addantur Interpretes Librorum V. T. cap. I.

## CAPUT XXXVIII.

DE

## Proverbiis Solomonis.

## BREVARIUM.

*Inscriptio.* משיׁוֹלֵיׁ quid sint? Sententiarum in libro hoc diversitas. Paræmia, strophæ, similitudines, gryphi, apologi. חידה ׀ מליצה. 1. Solomonis sapientia. Proverbiorum author, non collector fuit. Agur ׀ Lemuel quis fuerit? 2. Librum quis in ordinem redegerit? Esajas an ipse Solomon? 3. De autoritate libri hæresis Theodori Mopsvestoni ׀ Thalmudicorum Veterum refellitur. 4. Argumentum libri. Ethicæ Christianæ compendium est. 5. Chronologia scriptoris. 6. Partes libri quinque sunt. I. Proæmium libri, quo fundamentum virtutum omnium, sapientia ׀ vera veri Dei cognitio, explicatur. (cap. 1--10.) II. Proverbia Solomonis propria, uti videtur, manu exarata. (cap. 10--25.) III. Proverbia Solomonis à Viris Hiskia Regis Judæ collecta. (cap. 25--30.) IV. Proverbia sub nomine Aguris descripta. (cap. 30.) Proverbia Lemueli à matre suggesta. (cap. 31.) Tabula Synoptica, ׀ Interpretes veteres, Reformati, Augustani, Pontificii, Hebræi. 7.

**L**iber hic vocatur משיׁוֹלֵיׁ Proverbia Solomonis. Sunt autem משיׁוֹלֵיׁ sententiæ, Pro-  
 verbia, gnomæ dominantes, principes, Regiæ, quæ inter sententias excellunt, plenæ sapientiæ, difficultatis, gravitatis, mysterii, utilitatis, acuminis, autoritatis, & quasi potestatis. Aliàs משיׁוֹלֵיׁ Hebræis notat sermonem figuratum, parabolicum, similitudinis aliquid habentem. Et multa quidem  
 in

*Prov.* in libro hoc similia, dissimilia, antitheta, pleraque metaphoricè, allegoricè, aliis denique figuræ generibus dicta reperire est. Alias tamen invenias etiam sententias simpliciter dictas, gnomas aut chreias, ad usum vitæ pertinentes, sine ullo schemate & involucro verborum. Unde *משל* rectius *sententias* seu *gnomas* qualescunque, seu simplices seu figuratas, verti, Mercerus monuit. Et variæ sunt gnomarum ejusmodi species, puta *Paræmia*, hoc est, sententiæ breves, acutæ, sed planæ & faciles: *strophe*, quæ aliud in cortice literæ sonant, aliud significant; qualia sunt symbola Pythagoræ: *Similitudines*, seu sententiæ comparatæ: *gryphi* & ænigmata, quæ involutum, & nonnisi sagacibus obvium sensum habent: denique *apologi*, quibus animalia loquentia inducuntur. Ipse Solomon *Prov.* I. 6. distinguit *משל יצה* *sententiam* *claram*, quæ facilem interpretationem habet, sive propriis, sive tropicis verbis exprimitur: & *חידה* *ænigma*, sententiam obscuram, involutam, quam vocat *דבר חכמים* *verbum Sapientum*, quia sapientes talia verba ac sententias & conflare ipsi, & explicare soli possunt.

*Scriptor* II. Tribuuntur autem Proverbia hæc *Solomonis Filio Davidis, Regi Israëlis, Cap. I. 1.* Cui Deus imploranti dedit *cor sapiens & intelligens, ita ut similis ei non fuerit ante ipsum, nec post ipsum, 1. Reg. III. 12.* Unde locutus dicitur *tria millia parabolarum: & fuisse שיר cantica ejus quinque millia scribuntur 1. Reg. IV. 32.* ubi inprimis luculenta sapientiæ ejus, tum spiritualis & moralis, naturalis, tum plantarum à cedro in Libano ad hyssopum usque, animalium &c. descriptio habetur. Hic igitur à Spiritu S. afflatus proprio ore, manûque, sive calamo easdem frequentavit, nobilitavit & vulgavit. Neque recipiendum, quod librum hunc esse *εκλογην* optimarum sententiarum ex plurimis, qui ante Solomonem fuere, scriptoribus; quales *Eclogas* multi Imperatorum Constantinopolitanorum in suos usus conscribi jusserint, Grotius sentit. Certè Authorem, non Collectorem ipsum fuisse, arguit

titulus & quòd viri Ezechiaë Eclogarii, quales forte *Prov.*  
 Eliakim, Sobna, Joahe, memorati 2. Reg. XVIII.  
 26. *Solomonis Proverbia* quædam excerptisse, *Prov.*  
 XXV. 1. dicuntur. Quòd verò *Prov.* XXX. memo-  
 rantur verba *Aguris*, & cap. XXXI. verba *Lemuëlis*,  
 nihil obstat, quòd minùs eadem verba seu Proverbia  
 Solomoni etiam tribuantur. Sive enim verba illa  
 אגור *Agur*, quod *collectum*, pœnitentem notat, &  
 למואל *Lemuel*, quod *ad Deum* sonat, appellativa  
 sunt, utique nemini rectius quàm Solomoni ipsi  
 tribuuntur: sive propria sunt, adeoque aliis quàm  
 Solomoni competentia, non tam authores illi ver-  
 borum, quæ consignârunt, quàm collectores sen-  
 tentiarum vetustarum Solomonis censendi fuerint.

III. Quis verò Proverbia in hunc, quo conspi- *Collec-*  
 ciuntur, ordinem redegerit, dubitatum etiam est. *tor.*  
 Id R. Moses Kimchi Eliajæ adscribit. Thalmudici  
 Ezechiaë, & cœtui ejus tribuunt. Lyranus à capite  
 XXV. ad finem usque viris Ezechiaë collectoribus;  
 præcedentia verò Solomoni ipsi & auctori &  
 συντακτησιω accepta non immeritò refert.

IV. De autoritate libri, Divinæ an Canoni- *Autho-*  
 ca, an humana sit, olim à protervis dubitatum est. *ritas.*  
 Etenim Theodorus Mopsvestanus Solomonem  
 Proverbia humanâ tantùm sapientiâ dictâsse, ne-  
 que Prophetiæ gratiam, cùm ea scriberet, accepisse,  
 docuit: propterea in Synodo V. Constantinopo-  
 litana A. C. 551. obelo confixus. Etiam veteres  
 Thalmudici scribunt: ספר משלי בקשו לגנוז שהיו *Librum Proverbiorum volue-*  
 דבריו כותרין זה את זה *runt* (nonnulli) ἀποκρύπτειν *abscondere*, eò quòd verba  
 ejus inter se pugnarent. Conjecturas verò hujus  
 illorum conatus Celeb. Hottingerus *Thef. Philolog.*  
*lib. II. cap. 1. Sect. 3.* eruditè promit. Et de cætero  
 apud omnes, tam Hebræos quàm Græcos, & La-  
 tinos orthodoxos, quin & cacodoxos & hæreticos  
 Divina libri hujus autoritas extra omnem dubi-  
 tationis aleam posita est. Eàmque doctrinæ ad  
 fidem in Christum & vitam sanctam dirigentis  
 genus & efficacia, reliquaque Divinitatis signacula  
 universa, creberrimus inprimis ejus apud Chri-  
 stum

Prov. stum & Apostolos usus, clarissimè confirmant.  
 • Argu- V. Continet liber hic præcepta fidei & morum,  
 men- de sanctorum officiis erga Deum & homines, pro  
 tum. ratione pietatis, quam Deus præstituit, & æquitatis  
 ac humanitatis, quam lex naturæ in nobis adum-  
 bravit, & Deus in verbo suo expressit. Et com-  
 pendium quoddam Ethicæ Christianæ haud im-  
 meritò cluet. Licèt enim Solomon ante Christum  
 vixerit, & scripserit, non tamen sine spiritu Christi  
 scripsit: & eadem ante ac post Christum pietatis  
 & sanctitatis præcepta sunt, nisi quòd Christus  
 obedientiæ & sanctitatis suæ exemplo illa effica-  
 ciùs inculcata infixit. Meritòque etiam de libro  
 hoc Eusebius *Hist. Eccles. lib. IV. 25.* Πᾶς ὁ τῶν ἀρε-  
 τῶν χορὸς πανάρετον σοφίαν τὰς Σολομῶντος παροι-  
 μίας ἐκάλεν. *Totus antiquorum chorus Proverbia Solo-*  
*monis sapientiam omnium virtutum genere refertam ap-*  
*pellarunt.* Neque proin privatis duntaxat personis,  
 sed publicis etiam in quolibet statu, Ecclesiastico,  
 Politico, Oeconomico lectio libri hujus ad offi-  
 cium ritè obeundum convenit. Uti excerptis pro  
 quolibet statu ex libro hoc regulis Ven. Ecclesiæ  
 hujus προσαίτης p.m. Ludovicus Lavaterus ostendit.

Scri-  
 ptionis  
 tempus.

VI. Scriptionis tempus quod attinet, incertum  
 illud satis est, & ferè conjecturis eruditi cernunt.  
 Communiter Hebræi sciscunt, Canticum Canti-  
 corum à Solomone Juvene, Proverbia à Viro, Ec-  
 clesiasten à Sene scripta esse. Post pœnitentiam  
 tum Proverbia tum Ecclesiasten, adeoque à Solo-  
 mone jam sene scripta esse, Pineda *lib. 8. Rer. Solom.*  
*cap. 1.* Hieronymi etiam & Cyrilli suffragiis mu-  
 nitus ariolatur. Quæ quidem omnia incerta cum  
 sint, id solum probabile est, nec mensis, nec anni  
 unius laborem fuisse. Licèt enim concedatur, pri-  
 ma XXIV. capita Solomonis manu, & quidem  
 intra tempus haud adeò longum, exarata esse: quo  
 tamen ætatis tempore prolatae sint illæ parabolæ,  
 quas *Viri Ezechia* consarcinârunt, vix definiri  
 posse, Celeb. Gejerus *Proleg. in Prov. Solom.* scitè  
 observat.

VII. Licet autem ordo certus in ipsis Proverbiis, in quibus promiscuè, prout quidque se offerebat, consignata pleraque videmus, custoditus non sit: commodè tamen pro ratione distinctarum inscriptionum, quinque partibus, puta Proœmio, Parabolis, tum à Solomone propria, uti videtur, manu exaratis, tum à Viris Hiskiaë coagmentatis, tum ab Agure, tum denique à matre Solomonis profectis, finiri potest.

I. *Proœmium libri, quo fundamentum virtutum omnium, Sapientia & vera veri Dei cognitio, aliàque explicantur.* *Partes. I. Proœmium. Cap. 1. I--X. Vide*

1. *Titulum & summam Præfationis*, ubi tum scopum libri ostendit, (6.) tum Sapientiam veram in Dei timore sitam esse declarat. (7.) *cap. I. 1--8.*
2. *Tractationem*, quâ Solomon horatur
  - a. Ad obsequium erga superiores, (9.) vitandum sodalitium pravum, (19.) pœnitentiam, (23.) pœnâ refractariis denuntiata, & obedientibus præmio promisso, (33.) *cap. 1: 8--f.*
  - b. Ad studium sapientiæ, reverentiæ Dei, sanctificationis, (9.) enumeratis ejusdem variis commodis & fructibus, (22.) *cap. 2.*
  - c. Ad fiduciam, reverentiam, humilitatem erga Deum, cultus Divini per facultates nostras promotionem, (10.) patientiam, (12.) sapientiæ studium, (26.) beneficentiam erga proximum, (28.) candorem, (29.) concordiam, (30.) æmulationem vitandam, (35.) *cap. 3.*
  - d. Ad studium sapientiæ, (13.) fugam impiorum, (19.) observantiam monitorum suorum, (22.) integritatem cordis, (23.) oris, (24.) oculorum, (25.) pedum, (27.) *cap. 4.*
  - e. Ad fugiendam meretricem, (14.) matrimonii usum legitimum, (19.) vitandam peregrinam ob cognitionem & judicia Dei, (22.) *cap. 5.*
  - f. Ad cavendam fidejussionem temerariam, (5.) pigritiam, inducto tum exemplo formicæ, (8.) tum somni diuturnioris turpitudine, (10.) tum repentinæ paupertatis damno, (11.) fraudulentiam, (15.) vitia septem Deo exosa, (19.) ad obedientiam erga præcepta parentum, (23.) inprimis erga eorum monita de meretrice & adultera fugienda, (35.) *cap. 6.*
  - g. Ad prosequendam Sapientiam, ut eadem nos liberet à lenociniis voluptatum, (6.) ubi experientia allegatâ miseram eorum, qui voluptatibus carnis serviunt, sortem, tristémque exitum describit, (27) *cap. 7.*
  - h. Ad amorem Sapientiæ æternæ Dei, quâ omnes homines ad se invitans, naturam suam potentissimam

Proo.  
Ordo.

I.  
Proœ-  
mium.  
Cap. 1.

2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.  
8.

Prov.

mam & beneficentissimam credentibus in se exponit, eamque ab essentia sua æterna & operibus confirmat, (31.) & denuo ad amorem ac profecutionem sui excitat, (36.) cap. 8.

Cap. 9.

i. Ad amorem ejusdem Sapientiaæ æternæ, ubi parabolice ejus domus & convivium, ad quod simplices invitantur, describitur, (6.) illusores & profani ab eo arcentur, (9.) Dei timor & agnitio commendatur, (12.) denique adulteræ stolidæ seductio periculosa depingitur, (18.) cap. 9.

II.  
Prover-  
bia Solo-  
monis.  
Cap. 10-  
25.

II. *Proverbia Solomonis, propria, uti videtur, manu exarata.* Cap. X--XXV. Ubi veluti per Saturam, & absque certo ordine gnomæ de officiis variis erga Deum & homines pulcherrimæ proponuntur: & quot fere ver-  
sus, totidem argumenta se offerunt, adeo ut supervacui laboris futurum esset, eas certa analyti ad argumenta quædam generalia redigere velle. Cap. 10. usque ad cap. 25.

III.  
Prover-  
bia vi-  
rorum  
Hiskiaæ.

III. *Proverbia Solomonis à viris Hiskiaæ, Regis Judæ, collecta,* Cap. XXV---XXX. Quæ ipsa quoque argumentis suis distingui, memoriæ, cui confirmandæ heic insudamus, parùm admodum conduceret. Cap. 25. usque ad cap. 30.

IV.  
Prover-  
bia Agu-  
ris. 30.

IV. *Proverbia sub nomine Aguris, qui ipse quoque Solomon esse videtur, descripta.* Cap. XXX.

V.  
Prover-  
bia Le-  
muelis.  
31.

V. *Proverbia sub nomine Lemuelis, seu Solomonis, à matre ejusdem suggesta.* Cap. XXXI. Ubi Solomon tum cavere à mulieribus & vino, justitiâmque diligenter colere jubetur; (9.) tum ut bonam uxorem, cujus encomium graphice textitur, à Deo repetat, instituitur, (31.) cap. 31.

## TABULA SYNOPTICA PROVERBIORUM SOLOMONIS.

*Partes libri hujus sunt quinque:*

- I. Procemium libri, quo fundamentum virtutum omnium, Sapientia & vera veri Dei notitia, aliâque explicantur. Cap. I--X.
- II. Proverbia Solomonis, propria, uti videtur, manu exarata. Cap. X--XXV.
- III. Proverbia Solomonis, à Viris Hiskiaæ, Regis Judæ, collecta. Cap. XXV---XXIX.
- IV. Proverbia sub nomine Aguris, qui ipse quoque Solomon esse videtur, descripta. Cap. XXX.
- V. Proverbia sub nomine Lemuelis, seu Solomonis, à matre eidem suggesta. Cap. XXXI.

*Inter-*



*Eccles.* indigetari ἀνεξαργύριον est. Licet enim unus fortè Grotius, qui alium verborum Solomonis collectorum authorem facit, in dubium id revocaverit, argumento frivolo fretus, quòd multa in libro hoc vocabula extent, quæ non alibi quàm in Daniele, Esdra & Chaldæis reperiantur, (quæ tamen ipsa quidnî ad radicem Hebraicæ Linguæ, reliquarum, Chaldaicæ in primis matris, revocentur?) tamen à Solomone scriptum esse, tum inscriptio diserta nimis: tum frequens usus primæ personæ, *Ego edificavi, Japui, &c.* quæ collector sibi haud tribueret: tum concinnus ordo, quem alii rapsodi ita non observassent: tum quòd narrat, se extruxisse ædes, hortos, piscinas, &c. tum denique consensus summus Hebræorum, Græcorum, Latinorum, manifestè arguunt.

Koheleth.

I. Nomen sibi Solomon imposuit קהלת *Koheleth*, quod Chaldæus & Syrus retinent, Arabs *كاهل* *Collectorem*, Græci Interpretes *Εκκλησιαστήν* *Vulgatus Ecclesiasten* reddidère. Rationem nominis varii variam reddunt. Nobis Doctissimi Carthwrighti aliorumque sententia non displicet, asserentium, ex forma Pyhal, *animam congregatam* vel *aggregatam*, adeoque Solomonem *ἐπισυναγόμενον*, *congregatum*, *aggregatum* Ecclesiæ videlicet per pœnitentiam, significari. Quòd enim sceminino genere se vocat קהלת *aggregatam* (puta *animam*, non vel corpus, vel Solomonem) id aggregationis, seu pœnitentiæ *ἐπιληξίσιαν* sinceritatem insinuare quodammodo videtur. Monent quinetiam Hebræi, קהלת idem esse quòd קהל נפש בעל אש *Vir præditus animâ Kobeleth*. Nil tamen repugnamus, quòd minùs *Ecclesiastes* etiam & *Concionator* liber ille insigniatur, cum summi boni hominis, refutatis falsis de eo opinionibus, præconium adeò luculentum contineat.

Autho-  
ritas.

III. Antiqua Judæorum monumenta, indice *Celeb. Hottingero* nostro *Thef. Philolog. lib. II. cap. I. Sect. 3.* testantur, quòd Judæi veteres etiam hunc librum קהלת *ἀποκρύπτειν*, *abscondere*, seu inter apocrypha recensere conati fuerint: & hoc quidem argu-

argumento, quòd, uti ex eorum mente Majmoni-  
 des *More Nevoch. lib. II. 28.* loquitur, דבריו נוטים *Eccles.*  
 ׀ מינין *verba eorum declinent ad hæresin.* Verùm  
 re accuratiùs expensã iidem sententiam mutârunt,  
 & in canonem librum retulerunt, מפני שתחלתו  
 דברי תורה וסופו דברי תורה *quia viderunt, & prin-*  
*cipium & finem ejus verba legis continere.* Et sanè  
 quamvis sententiã nonnullã occurrant, quæ obi-  
 ter lectæ securitati carnali lenocinari videntur:  
 tamen eadem cum scopo Authoris collatæ sensum  
 pietatis plenissimum fundunt, & falsa bona vani-  
 tatis potiùs damnant, quàm verum & summum  
 bonum obscurant. Videndum ergo, quomodo  
 quidquæ dicatur, & cum contextu conferendum.  
*In civile enim est, inquit Jurisconsulti, particulam*  
*aliquam legis sumere, non perspecta tota lege.* Proin  
 Divinæ libri authoritati neutiquam officit, si quæ-  
 dam in eo non probanda legimus. Omnes enim  
 sententias tum ex proprio, tum ex carnalis homi-  
 nis judicio recitanti, uti etiam Aristoteles in Ethicis  
 Nicomacheis fecit, necessum erat ei accidere, ut  
 quædam minimè probata, ex alieno scilicet judi-  
 cio, poneret. At initium & finis libri ceu quædam  
 κλεις τῆς γνώσεως *clavis cognitionis, abundè Autho-*  
*ris mentem demonstrat.*

IV. Est autem hic liber per Solomonem Re-  
 gem, ut sapientissimum, ita opulentissimum, Ec-  
 clesiæ propositus à Spiritu S. hunc in finem, ut ani-  
 mos hominum ad timorem Dei, tanquam summi  
 Boni hominis, utpote quo omnia Filiorum Dei  
 bona continentur, præpararet. Quem ipsum in fi-  
 nem demonstrat, excepto Dei timore reliqua om-  
 nia vanissima esse, neque adeò digna, quæ in vero-  
 rum bonorum censum referantur. Hoc argumen-  
 tum, hæc summa, hic scopus est totius scripti, ad  
 quod tanquam Helicem quandam, purissimum  
 speculum, in quo omnis mundi bonitas sine furo  
 exprimitur, & certissimam omnium studiorum &  
 votorum obrussam recurrant oportet, quotquot  
 in hoc seculo ulla cupiditate tentantur.

V. Tempus libri scripti non uno modo definiri Scri-  
 solet.

*Eccles.* solet. Ante lapsum scriptum esse, Bellarmino, p<sup>tionis</sup> Bonfrerio, aliisque hypothefi suæ de apostasia <sup>tempus.</sup> Sanctorum ancillantibus placet. Nos verò post lapsum & pœnitentiâ jam actâ à Solomone scriptum esse librum, *Dissert. de salute Solomonis thes.* 40. octo argumentis probatum dedimus, elisis etiam Bellarmini argutiis. Et sanè libri totius summa est mera humiliatio coram Deo, nec non vanitatum & peccatorum, quibus se obnoxium reddiderat, confessio & deprecatio. Magnòque consensu id ipsum Hebræos statuere, ibidem palàm fecimus.

Ordo. VI. Ordinem libri Analyfi quadam continua Viri nonnulli cæterà doctissimi eruere conati sunt. Ingenuè tamen fatentur alii, accuratam Logicisque regulis convenientem dispositionem explorare se in hoc libro non potuisse, sive quia Solomon ejusmodi methodum nobis usitatam non attenderit, atque pro ratione multiplicium vanitatum animo ejus occurrentium easdem chartis tradiderit: sive quia humilia ingenia nostra subtilissimum tanti Regis acumen assequi nequeant. Illud tamen minimè ambiguum, Primò omnium propositionem seu thesin figi, cap. I. 1-3. Secundò eandem demonstrari variè, cap. I. 3-XII. 8. Tertiò denique librum concludi declaratione brevi ejus, in quo tanquam felicitate unica omne studium hominis collocari debeat, cap. XII. 8-f. Unde tripartita libri distributio, in thesin videlicet, thesios demonstrationem & Epilogum non displicet.

Partes. I. *Thesis libri totius* Cap. I. 1--3. Quòd omnia (excepto I. scilicet timore Dei) vana, imò vanissima sint. Cap. I. 2.  
 I. *Thesis libri.* II. *Thesios demonstratio, inductis variis argumentis & speciminibus vanitatis eorum, quæ vulgus & caro humana in verorum bonorum censu collocat, aspersis etiam hinc inde gnomis utilibus.* Cap. I. 3--XII. 8.  
 Cap. 1. II.  
 Theseos demonstratio.

- Vide
1. Vanitatis privatâ experientiâ Solomonis observatas, cap. I. 2. Ubi laborem hominis, ex quo emolumentum sperat, vanitatis damnat
  2. Ab immutabili rerum omnium spectabilium tenore, (3-8.) nec non rerum omnium ineffabili difficultate, (12.) cap. I. 3-12.

DE ECCLESIASTE SOLOMONIS. 293

- b. A speciebus humanorum operum, quæ nil aliud sunt, *Eccles.*  
quàm vanitas & depastio Spiritus, cujusmodi sunt
- a. Altitudo Sapientiæ, quam utpote fastidii & anxietatis fomitem vanitatis arguit, (12--18.) *cap. 1: 12-f.*
- g. Lætitia & risus, (3.) opera magna varia, *Cap. 2:*  
latia, vineæ, horti, &c. (6.) familia & peculium,  
(7.) thesauri & oblectamenta varia, (8.) potentia,  
sapientia &c. (11.) sapientia cum stultitia compa-  
rata, ubi utriusque idem in terra emolumentum  
esse arguit, (24.) denique voluptas in edendo,  
bibendo, (26.) *cap. 2.*
2. Vanitates communes, cujusmodi sunt
- a. Rerum omnium vicissitudo, nonnisi molestias fa- 3.  
cessens, (9.) hominis circa opera Divina labor, quem  
infirmittatis convincit, (15.) judicia humana perversa  
nimis, & à Divino corrigenda, (17.) accidentia &  
eventus externi hominis, cum animalium brutorum  
eventibus convenientes, (22.) *cap. 3.*
- b. Lætitia & *εὐθυμία*, (*cap. 3: 17.* expressâ) quam variè  
interventi docet tum à violentia oppressorum, (3.)  
tum à proprio affectu, æmulatione & invidia apud di-  
versos, & avaritia apud solitarios, (8.) ubi vita socialis  
præfertur solitariæ, (12.) nec non Regia dignitas  
cum stoliditate conjuncta, (16.) ubi verbi Divini  
studium commendatur, (17.) *cap. 4.*
3. Gnomas varias, veluti
- a. De votis temerariis, (6.) oppressione pauperum,  
quam Deus curat, (7.) agriculturæ utilitate, (8.) 5.  
divitiarum vanitate, (16.) & usu decente, (19.) *cap. 5.*
- b. De divitiarum earundem, quibus alii frui non au- 6.  
dent, alii faturari nequeunt, [9.] nec non studii bonæ  
famæ vanitate, [11.] *cap. 6.*
- c. De vitæ humanæ vanitate, [1.] recto famæ bonæ 7.  
studio, [2.] depellenda securitate aut gaudio carna-  
li, [6.] averfanda injustitia, [7.] longanimitate &  
patientia, [10.] sectanda sapientia, [12.] æquanimi-  
tate in prosperis & adversis, [14.] medio inter ni-  
miam justitiam & impietatem observando, [19.] sa-  
pientia æstimanda, [20.] maledictis non nimium  
observandis, [23.] imperfectione sapientiæ in hac  
vita. [30.] *cap. 7.*
- d. De obedientia erga superiores, [4.] opportunitate 8.  
observanda, [8.] Divinæ gubernationis & providen-  
tiæ veneratione, [15.] operum Dei imperfcrutabi-  
litate, [17.] *cap. 8.*
- e. De eventuum apud justos & injustos paritate 9.  
*φαινομένη*, [3.] horribilitate mortis, [6.] grata frui-  
tione bonorum & eventu rerum Deo resignando (12.)  
sapientiæ dignitate, (18.) *cap. 9.*

- Eccles.**  
**Cap. 10.** f. De stultitiæ damno tum in genere, (3.) tum in specie in superiorum ira & honore, (9.) in laboribus, (10.) in sermone, (14.) conatibus, (15.) in Magistratu, (20.) *cap. 10.*
- 11.** g. De Eleemosynis erogandis, (6.) rectoque vitæ præfentis usu, (10.) *cap. 11.*
- 12.** h. De iuventute ad pietatem maturè instruenda, (7.) *cap. 12: 1--8.*
- III. Conclusio.** **III. Conclusio libri, cap. XII. 8--f.** quâ Solomon  
**1.** Thesin initio positam de vanitate rerum omnium concludit, *cap. 12: 8.*  
**2.** Usum theseos, & scopum totius libri tradit, ubi attentione sollicitè captata præceptum timendi Deum, & præcepta ejus servandi solenniter sancit, (9--14.) *cap. 12: 9--f.*

## TABULA SYNOPTICA ECCLESIASTÆ.

### Partes.

- I. Thesis libri totius, quòd omnia vana sint. Cap. I: 1, 2.**
- II. Theseos demonstratio, inductis vanitatis speciebus. Cap. I: 3--XII: 8. ubi**
- 1. Vanitates privatâ Solomonis experienciâ observatæ,**
- a. Labor hominis ex immutabili rerum tenore & difficultate vanitatis convictus, c. I: 3--12.**
- b. Ex speciebus operum**
- α. Altitudine sapientiæ, c. I: 12--f.**
- β. Letitia, risu, magnificis operibus, &c. c. 2.**
- 2. Vanitates communes, c. 3--5. ubi**
- a. Rerum vicissitudo; infirmus hominis circa divina labor, &c. c. 3.**
- b. Letitia variè interturbata, c. 4.**
- 3. Gnoma varia, quibus & vanitas humanarum rerum arguitur, & vita hominis instruitur, c. 5--12: 8.**
- III. Conclusio libri, quâ**
- 1. Thesis initio posita concluditur, c. 12: 8.**
- 2. Usus theseos, & scopus totius libri figitur, c. 12: 8--f.**

### Interpretes Ecclesiastæ.

**S. PATRES.** Gregorius Nyssenus, & Neo-Cæsariensis, Hippolytus.

polytus, Theophilus Antiochiaë. Hieronymus, Gregorius *Cantic.*  
Thaumaturgus, Olympiodorus, Salonius, Alcuinus.

REFORMATI. Borrhaus, Bucerus, Coccejus, Danæus, Fa-  
jus, Mercerus, Scultetus, Strigelius, Werenfelsius, Sarra-  
nus, Lavaterus, Beza, *Strad.* Angli, Arthurus Jakson,  
Broughthonus, Cartwright, Cotton, Granges, Hall, Jer-  
min, Pembleus, Pitt, Thompson, Trapp. Anonymus 1573.  
Leigh, Giffardus, Fennerus.

AUGUSTANI. Brentius, Dietericus, Gejerus, Lutherus,  
Melancthon. Schmidius, Seebach.

PONTIFICII. Arboreus, Bonaventura, Ferus, Janfenius,  
Lorinus, Maldonatus, Malvenda, Pineda, Rupertus, San-  
chez, Zanchius. Cajetanus, Hugo Victorinus, Guilielm.  
Parisiensis, Tillemannus, Mercerus, Launæus.

HEBRÆI. דבריִם על הקהלת Elifas Gallicus, דבריִם  
ר. Mosche Alfscheich, לֵב חַנּוּם R. Samuel  
Aropol, Joseph Aben Jechija, Isac ben Arama, Lechem  
Setharim, קהלת יעקב R. Mosche Galante, צפנת פענח.  
Addantur Interpretes Librorum Vet. Test. cap. 1.

## CAPUT XL.

DE

## Cantico Canticorum,

BREVIARIUM.

*Inscriptio.* Cur non שיר השירים *dictus*  
*liber?* Hebræorum, Athanasii, aliorum con-  
*jectura.* 1. Cur לשלמה *dictus?* 2. Ecclesia Chri-  
sti in hac vita preparatur ceu virgo casta Chri-  
sto. Inde argumentum Cantici explicatum.  
Epithalamion est nuptiarum Christi & Eccle-  
siae. 3. Non agitur secundum literam de amore  
mutuo Solomonis & Sponse Ægyptiacæ. Psal-  
mus XLV. Breviarium Cantici est. 4. Tem-  
pus, quo scriptum à Solomone Canticum, vesti-  
gatum. 5. Lectorem qualem liber requirat?  
Juvenes an rectè arceant Hebræi? 6. Clavis  
cognitionis seu explicationis Cantici tutissima.  
7. Ordo libri explicatu difficilis. Methodus  
tamen nonnulla ostensa à Sanctio, Broughthono

*Cantic.* *Lyrano.* Partes duæ sunt. I. *Desiderium ad-ventus Sponsi.* (cap. I: 1---5.) II. *Dialogismi Sponsam inter* Ⲅ *Sponsam de mutuo amore, gratius* Ⲅ *suavitatibus, casibusque letis* Ⲅ *adversis ad tempus usque adventantis ad nuptias Sponsi.* (cap. I: 6---f.) *Tabula Synoptica* Ⲅ *Interpretes Veteres, Reformati, Augustani, Pontificii, Hebræi.* 8.

*Inscri- ptio.* I. **I**NScribitur libellus hic שיר השירים אשר לשלמה *Canticum Canticorum Solomonis, vel de Solomone.* Est autem שיר *canticum* oratio elegans quoad verba, pathetica quoad res, & quoad sonum numerosa seu numeris adstricta. Quòd verò non simpliciter שיר *canticum*, sed שיר השירים *canticum canticorum* vocatur, ideo factum Hebræi censent, ut insinuetur, canticum esse non qualecunque, sed המשבח המעלה שבשירים *laudatissimum, præstantissimum, excellentissimum*: vel quòd sit שיר כפול ומכפל *canticum multiplicatum.* S. Athanasius in Synopsi Canticum Canticorum insignitum ait, διὰ τὸ μετὰ τὰ ἐκ τούτων μὴδὲν ἕτερον προσδοκᾶν, *quia nullum aliud post ea, quæ hic canuntur, expectandum est.* Nempe cum reliqui Prophetæ Christum venturum prædicârint, in hoc Canticum Christum quasi jam præsentem cani, eique tanquam in nuptiis Epithalamium consignari asserit, adeò ut posthac nullo amplius Canticum opus sit. Quod ingeniosum, at non perinde forsitan solidum est. Hyperbolen esse non inusitatam tum sacris, tum exoticis Scriptoribus, palàm est. Canticum autem præstantissimum hoc laudatissimumque est, non artificii duntaxat ratione, quæ hodie, ut cæterorum ferè carminum Hebræorum, ignoratur: sed inprimis sensuum fœcunditate, & mysteriorum ubertate. Est enim planè μυσθηϊωδὴς αὐτοῦ, *mysteriis, si quod aliud, quàm maximè refertum*: adeò ut nonnisi ænigmata in eo contineri S. Augustinus dixerit.

*Author.* II. Vocatur autem Canticum Canticorum (ἄσμα

(*Ἄσμα ἁσμαίων* Græcè) quod est *מלשׁל* vel *Solo-Cantic-*  
*monis*, utpote quod à Solomone Spiritu Dei afflato  
 compositum est: vel *de Solomone* vero, videlicet  
 cœlesti, Christo, Messia, qui sicut Ezech. XXXIV.  
 23. 777 *David*: ita & hîc *Solomon* appellari potuit,  
 non minùs quàm *Solomon* appellatus est *ידידי*  
*dilectus Jehova*; quod nomen in rei veritate Christi  
 est. Christus nempe etiam *שלום* *Princeps*  
*pacis* Esaj. IX. 5. cluet.

III. S. Paulus 2. Cor. XI. 3. testatur, se zelo Dei <sup>Argu-</sup>  
 æstuarè, ut fideles Corinthios uni viro, Christo <sup>men-</sup>  
 sistat, *παρθένη ἀγνή* tanquam *virginem castam*. Ita <sup>tum.</sup>  
 igitur Ecclesia Christi, singulique in ea fideles hac  
 quidem in vita temporali Spiritu & verbo Dei,  
 tanquam virgo & Sponsa casta parantur Christo  
 Sponso, adeoque ad nuptias Agni, in Cœlo inpri-  
 mis, ineffabili cum lætitia celebrandas. Sponsalia  
 in præsentī temporali vita contrahuntur, matrimo-  
 nium in æterna consummatur. Sicut autem Spon-  
 sus erga Sponsam amore & affectu maximo etiam  
 ante nuptias rebus sive secundis, sive adversis fer-  
 tur: ita Christus amore intensissimo etiam in hac  
 vita Ecclesiam Sponsam prosequitur, communem  
 cum ea sensum gaudii & doloris habet, rerum  
 secundarum lætitiā auget, adversarum dolorem  
 minuit. Hunc verò Christi Sponsi erga Ecclesiam  
 Sponsam, & mutuū etiam hujus erga illum  
 amorem & affectum flagrantissimum Divinissi-  
 mum hócce Canticum vivis veluti coloribus de-  
 pingit, repræsentatque. Hic scopus, hæc summa  
 libri est, consentientibus piis omnibus. Meritòque  
 Doctiss. Junius observat, exponi hoc libro rationem  
*Spiritualium Sponsaliorum, quæ inivit Christus cum Ec-*  
*clesia in terris versante.* Et *Epithalamion* seu nuptiale  
*carmen per modum dramatis scriptum* S. Hieronymus  
 insignit.

IV. Non agi autem hoc in libro secundum <sup>Sponsus</sup>  
 literam de amore terreno vel externo Solomonis & <sup>& Spon-</sup>  
 Sponsæ Ægyptiacæ, uti quidem Castalio, Grotius, <sup>sa.</sup>  
 aliique asserunt, imò de terreno ejusmodi matri-  
 monio suo Solomonem, cum Canticum hoc scri-

*Cantic.*

beret, fortè ne somniâsse quidem, haud pauca argumentum esse possunt. Multa enim hîc de Sponso & Sponsa dicuntur, quæ terreno & externo amori Solomonis & uxoris Ægyptiacæ neutiquam congruunt. Ita enim Sponsus & Rex, cap. I. 4. 14. & Pastor, cap. I. 7. frater Sponsæ suæ, cap. V. 2. VIII. 1. 8. nuncupatur. Ipsum Solomonem prædicat Author, quod sit *candidus & rubicundus, & electus ex millibus*, quod de se ipsum dixisse verisimile haud est. De Solomone quoque loquitur in secunda persona: *Tu, ô Solomon, &c.* cap. VIII. 12. Sponsa dicitur facta *custos vineæ*, cap. I. 6. *ovium*, v. 8. *à vigilibus percuti*, cap. V. 7. *filia & Principis*, cap. VII. 1. & *vinitoris*, cap. I. 6. *terribilis ut exercitus*, cap. VI. 9. *nigra, sed formosa*, cap. I. 5. *habens caput instar Carmeli, nasum instar turris, oculos instar piscine, dentes instar gregum ovium, &c.* cap. VII. 1. &c. Quorum, similitumque nec illa Regi Solomoni, nec hæc uxori Reginae Ægyptiacæ κατὰ λέξιν conveniunt. Neque ratio reddi potest, cur hîc sensus existimetur proprius, qui in aliis ejusdem generis Scripturis, quæ de animæ unione cum Christo sub similitudine nuptiarum agunt, & in primis Psalmo XLV. qui brevitarium quoddam libri hujus est, figuratus esse judicatur. Et quæ hîc de spirituali amore, pulchritudine, invitatione, &c. dicuntur, in aliis Scripturæ locis exposita videmus. Quis sit Sponsus, & quæ Sponsa, optimè ex interpretatione Spiritus S. qui passim illum Christum, hanc verò Ecclesiam facit, judicatur, uti conferenti loca Esaj. LIV. 5. LXI. 10. LXII. 4. 5. Jerem. II. 32. Ezech. XVI. 8. Hof. II. 16. 19. Matth. IX. 15. XXII. 2. XXV. 1. Joh. III. 29. 2. Cor. XI. 3. Ephes. V. 23. Apoc. XIX. 7. XXI. 2. XXII. 17. liquet. Proin etiam de amore spirituali Interpretes optimi & pientissimi quique explicant. Et Hebræorum concors est sententia, qui Majmonide in *Jesude Tor. cap. 6.* dicunt: כל שלמה האמור *Omnis Solomo, cujus in Cantico Canticorum mentio est, sanctus est.* Ita nempe nobiscum balbutire Divina bonitas voluit, sese nobis loquendo attemperans: quando in rebus humanis nihil

nihil est amoribus suavius, admirabilius & effica- *Cantic.*  
 cius. Nullæ ergo hîc Veneres, cupidines nullæ:  
 amores sunt, faces sunt, sed ab igne cœlesti, quo ar-  
 dent Seraphini, & quo Sanctiores animæ, ad Eliæ  
 modum, in Cœlum abripiuntur, concitæ.

V. Quo tempore Canticum hocce Solomon Scri-  
 scripserit, incertum est. Ante lapsum scripsisse, <sup>ptionis</sup>  
 sentiunt ferè quotquot ejus pœnitentiam negant. <sup>tempus.</sup>  
 Quidam primùm Canticum Canticorum scri-  
 ptum volunt, deinde Proverbia, tandem Ecclesia-  
 sten: conjecturam capientes ex more hominum,  
 qui juvenes carminibus animum oblectant, adul-  
 tiores occupantur in parabolis, senes denique rerum  
 humanarum vanitatem deplorant. Nobis eorum  
 non displicet sententia, qui à sene, & pœnitentiâ  
 jam actâ scriptum esse, ex ipso ingenio & indole  
 scriptionis, quæ se prodit esse ætatis decursæ &  
 subactæ, animique prorsus à perturbationibus &  
 passionibus defœcati, arguunt. Et fortè ab amore  
 mulierum, quò minùs casto fascinabatur, Spiritus  
 ejus ad amoris spiritualis Christum inter & fideles  
 meditationem piissimam, & Prophetiam sagacissi-  
 mam sese convertit.

VI. A lectione libri hujus Hebræi arcent ju- *Lector.*  
 venes. Etenim Hieronymo *Præfat. in Ezech.* teste,  
*nisi quis apud eos ætatem Sacerdotalis ministerii, id est,*  
*tricesimum annum impleverit, nec principia Geneseos,*  
*nec Cantica Canticorum, nec Ezechielis exordium &*  
*finem legere illi permittitur.* Rectiùs autem facturi  
 illi fuissent, si ad virtutis potiùs, quàm annorum  
 plenitudinem attendissent. Dummodo lector sit  
 timens & amans Dei, obscœnis à voluptatibus ab-  
 horrens, sobrius adeò, temperans, docilis, humilis,  
 exercitatos habens in S. literis sensus, & præditus  
 experienciâ qualicunque fatorum Ecclesiæ, non  
 poterit non ex lectione Cantici hujus excellentissi-  
 mi fructus uberrimos percipere. Frustra certè, uti  
 nonnemo ex S. Bernhardo monuit, ad legendum  
 spiritualis amoris carmen, qui non amat spiritua-  
 liter, accedit, quia non potest capere ignitum elo-  
 quium

*Cantic.* quium frigidum pectus. Lingua amoris ei, qui amat, barbara erit.


*Clavis intelligentiæ.* VII. Tutissima interim clavis cognitionis arcessi potest tum ex communi verborum & phrasium usu, ( sic v. g. *osculum amoris: oculi, manus, pedes Christo tributi proprietatum ejus singularium indicium præbent,* ) tum ex interpretatione earundem phrasium in aliis Scripturæ locis: tum ex scopo loci: tum denique ex ipsius Scripturæ, vel in libro ipso, vel aliis in locis explicatione, quomodo Sponsa, cap. I. 2. dicens: *Osculetur me &c.* statim sic se explicat: *Amores tui gratiores sunt vino, &c.*

*Ordo.* VIII. Ordinem & filum libri invenire adeò difficile est & impeditum, ut de eo consequendo jam olim doctissimi Interpretes desperaverint, dictitantes, sacri illius colloquii ordinem ne quidem investigandum esse, utpote qui nusquam curetur in amantibus, ubi omnia utrinque placent, ubi error quoque & ignorantia, imò & casus grati sunt, ridentur & placent, quin & aliquando querelæ ac luctus, denique & verbera perplacent, amantèrque admittuntur. Nihilominus ordinem nonnullum indagare conati alii sunt. Et doctissimus quidem Sanctius statuit, formam hîc reperiri observatam in nuptiis, ubi ante solennem apparatus præcedat oportet Sponsæ vocatio, & invitatio aliorum ad nuptias. Totum autem, ut ille vocat, drama quinque potissimum scenis distinguit, videlicet I. *evocatione Sponsæ*, cap. II. & ejusdem *ambitione ac sodalium invitatione*, cap. V. 2. *Sponsæ dolore de absentia Sponsi*, à cap. VI. 3. coll. cum cap. I. 2. &c. 3. *celebratione nuptiarum*, ubi annulus datur Sponsæ, & ea parantur, quæ convivium instruunt, & convivas exhilarant, cap. II. 4. *Sponsorum in ferculo*, id est, nobili & geniali lecto, *compositione*, & pompæ cursusque nuptialis in domum Sponsi adductione, cap. III. usque ad cap. VIII. 5. *Sponsa ad fores Sponsi*, ubi connubialia præcepta audit, tandemque matrimonium sancto & legitimo complexu contrahitur, *adductione*, cap. VIII. Quòd verò res non eodem ordine, quo gesta est, narretur, id ipsum sapere con-

tendit drama, in quo id maximè Aristoteles, Horatius, aliique commendent, ut res non suo loco commemoretur. *Quam* quidem distributionem uti & Broughthoni illam, quâ Ecclesiæ statum *legalem*, cap. 1:4-6. *Evangelicum*, cap. 4:6-f. exponi afferit; nec non alteram illam Lyrani, V. T. tempora cap. 1-7. Novi verò cap. 7-f. tradi pertendentis, seu ingeniosam fortè magis quàm solidam, aliorum iudicio relinquimus. Nobis divisio in duas partes, quarum *Prior* desiderium adventûs Sponsi, cap. I. 1--5. *Posterior* sermones varios Sponsi & Sponsæ, quibus mutuus amor, affectus, admiratio, casus secundi & adversi, &c. declarantur, repræsentat, cap. I. 5-f. non improbat. *Quam*, de qualicumque *Analyfi* mnemonica heic potius, quàm explicatione literæ *Propheticæ* solliciti, paucis nunc profequi lubet.

- I. *Desiderium adventûs Sponsi*. Cap. I. 1--5. Ubi Ecclesia studio Sponsi abrepta, amplexum ejus desiderat, nomen ejus commendat, & se laudaturam illum vovet, (4.) cap. I. 1-5. Partes.  
I.  
Desiderium  
Sponsi.
- II. *Dialogismi*, *Sponsum inter & Sponsam*, de mutuo amore, gratiis & suavitatibus, casibusque latis & adversis, ad tempus usque adventantis ad nuptias Sponsi. Cap. I. 5--f. Vide Cap. 1.  
II.  
Dialogismi  
Sponsum inter & Sponsam.
1. *Sermones Sponsi & Sponsæ mutuos de adventu Christi in carnem, & prædicatione ejusdem inter gentes*. cap. 1-3. Ubi
- a. *Sponsa* ab indignitate sua se purgat, & *sponsum* advocat: (5.6.7) *Sponsus* *Sponsam* laudatam jubet quærere & vocare ad Christum oves & capellas Dei, promissis viribus, & præsentia suâ in adversis: (11.) *fideles* iterum Christo applaudunt, sibi que de ejus suavitatibus gratulantur: (14.) denique *utrique* mutuum affectum effundentes, sibi de amoris mutui fructibus gratulantur. (17.) cap. 1: 5-f.
- b. *Sponsa* infirmitatem suam confessa, (1.) à *Sponso* cum rosa inter spinas comparata, (2.) vicissim *Sponsi* præstantiam dilaudat, (3.) & de beneficio Christi se in domum vineæ introducentis gloriatur; (6.) *Sponsus* vetat *Sponsam* turbari: (7.) *Sponsa* iterum *Sponsi* ad se adventum, vocationem suam & promissiones sibi per *Evangelii* prædicationem factas laudat; (13.) *Sponsus* latitantem *Sponsam* evocat, & vulpes seu falsos fratres corripit jubet; (15.) denique *Sponsa* de *Sponso*

- Cantie.* Sponsi communionem & amplificationem Regni ejus sibi gratulatur, (17.) cap. 2
2. *Sermones Sponsi & Sponsæ tum de afflictionibus & Persecutionibus Ecclesiæ ob absentiam Sponsi, tum de recreatione ejusdem invento iterum Sponso.* Cap. 3-5. Ubi
- Cap. 3.
- a. *Sponsa amissum Sponsum quærit per compita & recuperat;* (4.) *Sponsus* ejusdem quietem turbari vetat, (5.) *Spektatores* passiones Sponsæ, & coronationem per eas Regis Christi deprædicant, (11.) cap. 3.
4. b. *Sponsus* Sponsam propter nomen suum patientem, & justitiæ ejus confidentem laudat variè, (5.) abitum ad montem myrrhæ denuntiat, (6.) Sponsam ad se vocat, (8.) iterumque dilaudat, (15.) & *Sponsa* orat, ut hortus suus vento Spiritus S. perfletur, (16.) cap. 4.
3. *Sermones Sponsi & Sponsæ de variis casibus & eventibus Ecclesiasticis,* cap. 5-f. Ubi
5. a. *Sponsus* in hortum Sponsæ invitatus venit, de fructibus horti perceptis testatur, & fideles ad epulum invitat; (1.) *Sponsa* Christi à se discessum peccatis suis acceptum ferens, eundem quærit; at non invenit, & filias Hierosolymæ, ut secum Sponsum quærant, adjurat, (8.) *filie Hierosolymæ* verò & *Sponsa* de Sponso ejusque abitu invicem colloquuntur, (17.) cap. 5.
6. b. *Sponsa* de Sponsi abitu respondens testatur, non à se illum discessisse, sed in hortum ad areolas aromatum: (2.) *Sponsus* Sponsam laudat, (6.) eique Reginas & pellices, minimè tamen dilectas, opponit, (8.) *Spektatores* Sponsam admirantur; (9.) *Christus* in hortum suum redux ad se Sullamitidem revocat, (12.) cap. 6.
7. c. *Sponsus* Sponsæ *Bath-Nadib* seu *filie Spontanei* membrorum externorum formam laudat, (7.) *Sponsa* conatum suum de concidenda palma, ejusque amissionem commemorat, (10.) & Sponsum invitat, ut secum exeat rus, utque unâ vineam explorent, (13.) cap. 7.
8. d. *Sponsa* Sponsum rogat aversionem contumeliæ, quam eum exosculata patitur, (1.) nec non institutionem, (2.) sibi que de complexu Sponsi gratulatur, (3.) *Sponsus* Sponsæ pacem turbari vetat, (4.) *Spektatores* mirantur fidem Sponsæ, (5.) *Sponsa* Christum ex fomno excitatum alloquitur, & amoris ejus Zelum implorat, (7.) *fideles* adulti de ædificanda sorore parva, seu infirmioribus consultat, (9.) *Soror parva* se confirmatam lætatur, (10.) *Sponsus* suam de vinea sollicitudinem testatur, (12.) sedentemque in hortis compellat, (13.) denique *Sponsa* adventum Sponsi ad nuptias jam diu desideratas celerrimum implorat, (14.) cap. 8.



TABULA SYNOPTICA CANTICI CANTICORUM. *Cantic.**Partes.*

- I. Desiderium adventus Sponsi. Cap. I: 1--5.
- II. Dialogismi Sponsum inter & Sponsam de mutuo amore, Cap. I: 5--f. ubi sunt
1. Sermones mutui de adventu Christi in carnem, c. 2. ubi
    - a. *Sponsa indignitatem confitetur, Sponsus eam laudat, utriusque affectum effundunt, c. 1: 5--f.*
    - b. *Sponsa, rosa inter spinas, Sponsi praestantiam laudat, se in domum vineae introduci letatur, beneficia commendat, c. 2.*
  2. Sermones mutui de Sponso absente & invento, c. 3. 4. ubi
    - a. *Sponsa amissum Sponsum invenit, hic illam turbari vetat, spectatores passiones Sponsae praedicant, c. 3.*
    - b. *Sponsus Sponsae poenitentiam laudat, abit in montem myrrhae, Sponsam ad se vocat & laudat, c. 4.*
  3. Sermones mutui de variis casibus, c. 5--f. ubi
    - a. *Sponsus in hortum Sponsae veniens de fructibus testatur: Sponsa ejus discessum deplorat, c. 5.*
    - b. *Sponsa non discessisse Sponsum, sed in hortum suum ivisse testatur: Sponsus eam laudat, eique Reginas & pellices opponit, c. 6.*
    - c. *Sponsus Sponsae formam externam membrorum laudat: Sponsa eum ad vineam invitat, c. 7.*
    - d. *Ardorem, zelum, sollicitudinem de vinea, desiderium invicem testantur, c. 8.*

*Interpretes Cantici Canticorum.*

- S. PATRES. Anselmus, Bernhardus, Cyprianus, Gregorius M. Gregorius Nyssenus, Hilarius, Hippolytus, Theodoretus. Hieronymus, Origenes, Philo Carpathius, Beda, Angelomus, Ambrosius, Ansbertus, Honorius Augustodun. Aponius, Aegidius Romanus.
- REFORMATI. Alstedius, Beza, Coccejus, Groenwegen, Mercerus, Meursius, Placeus, Walram cum Notis Vogelini Geyerberg. Udemann/ von Joh. Jacob Meyer verteutsch. Angli, Ainsworth, Argallus, Arthurus Jackson,

*Apocr.* Jakfon, Brighmannus, Bruciatius, Cotton, Dove, Durhamus, Gouge, Guild, Giffard, Henoch Clavam, Josephus Hall, Mayer, Robothamus, Sibbs, Tompson, Wildcok.

AUGUSTANI. Lutherus, Roperus, Titelmanus, Heunischius, Durenfeld.

PONTIFICII. Agelius, Aliaco, Aloysius, Aquinas, Azorius, Delrio, Genebrardus, Gerson, Ghislerius, Jesu Maria, Lindanus, Maldonatus, Malvenda, Moncœus, Pintus, Delrio, Rupertus, Sanctius, Scherlogus. Hortolanus, à Lapide, de Valentia, S. Thomas, Robertus Olkot, Ludovicus Legionensis, Sotomajor, Haymon.

HEBRÆI. אֵילֵת־הַבְּנִי R. Simeonis Alcabitii, דְּבָרִים

וְשׁוֹנֵי R. Mosche Alfscheich, חֶשֶׁק שְׁלֵמָה R. Johanan Alleman, Jacchiades, Isac ben Arama, נְקוּדוֹת הַכֶּסֶף

R. Abraham Laniado, צִיץ הַזֶּהָב R. ben Chajim Rabboth,

שׁוֹשַׁנֵּת עֲמֻקִּים R. Elia ben Lama, רֵנַת דּוּדִים.

Addantur Interpretes Librorum Vet. T. cap. 1.



## ENCHIRIDII BIBLICI

### Liber Secundus.

DE

## LIBRIS APOCRYPHIS VETERIS TESTAMENTI.

### CAPUT I.

DE

## Libris Apocryphis Veteris Testamenti in genere.

### BREVIARIUM.

*Libri Apocryphi V. T. definiuntur. 1. Apocryphi unde dicti? Respondent libri Hebraeorum סְגוּרִים absconditis. Judaeorum סְגוּרִים אֲדוּרִים. 2. Libri Apocryphi huc pertinentes recensiti. Ab Eusebio, aliisque Ecclesiastici & Hagiographi dicti sunt. A Veteribus dicti etiam improprie Canonici,*